

1937


HIPPIATRIA
SIVE MARESCALIA

LAVRENTII RVSII AD NICOLAVM sancti Hadriani diaconum Cardinalem, in qua præter variorum morborum plurima, ac saluberrima remedia, plures quàm in priore editione cõmodissimę FRENORVM formæ excusæ sunt, vt nullum tam nouo oris vitio laborantem Equum inuenias, cui non hinc occurrere facilime possis.



IsP

Lutetiæ apud Christianum Wechelum, sub scuto Basiliensi. An. M.D.XXXII.



REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOmino suo D. NICOLAO, Dei gratia sancti Hadriani diacono Cardinali, Laurentius Rufius, Marescallus de Vrbe, familiarium vestrorum minimus, recomendationis instantiam & perpetuum famulatum.



Nter cætera animalia quæ ad dignitatis humanæ solatiū ille fabricator excelsus, opifex omnium, procurauit, Equos cuiusdam singularis decoris, nobilitatis, & formæ dote præcipua venustauit, vt per eorum generosum obsequiū humanis vsibus oportunū, & sublimium personarum splendidius magnitudo clarescerent & inferioris status hominibus eorum oportunitas non deesset. Per hos enim effertur altius gloria principum, regum corda grandescunt, struuntur acies, hostilia cōsternuntur. Hos siquidem velut humanæ præcipua adiumenta naturæ, generali vocabulo iumenta nuncupauit antiquitas, vt ex eorum nomine, Equorum nobilitas & necessaria vtilitas noscerentur. Nam sine adiumento istorum, peregrinæ adiri prouinciæ, fluminis impetus superari, defectarum personarum deferri lassa corpora non valerent, nec aliàs generosa discretio inter nobiles & ignobiles sic congruam differentiam edere potuisset. Huius igitur nobilis animalis naturam à pueritia mea totis studiis percunctatus cum diuersis marescallis, qui quasi ex vniuersis mundi partibus ad Vrbem variis temporibus concurrerunt pro Equorum genitura salubriter procuranda, nutritura bene gerenda, valetudine perseruanda, curandisq; languoribus, qui vel ex humore peccante, vel exterius diuersis ex accidentibus sæpe fortuitu producuntur, diuersas & singulares curas didici, & ab eis non tam didici, quàm rerum experientia magistra palpaui, ex eo quòd in talibus non auctoris doctrina, sed experientia facit artem. Nec his contentus fui, sed varia personarum sublimium opera, quæ huius artis secreta consueuerunt diligentius perscrutari, diligentissimè exquisiui, semper in qualibet cura scripta experientiam adhibens, per quam summè veritas indicatur. Quorum omnium doctrinam & experta studia in vnum fasciculum colligens in hoc præsens opusculum ad laudes pręcipuas vestri nominis vtiliter dirigere procuraui. Quæso igitur, vt hoc præsens opusculū vestro nomini dedicatum, dignemini à deuoto vestro suscipere, non attribuentes temeritati, si enucleatas & vtilissimas curas ad vtilitatē cōmunē omniū cōpilaui, sed in hoc laborem vestri deuotissimi seruitoris potius commēdantes: & si patienter feratis, securè assero quod non mea sed vestra est gloria huius libri.

AD LECTOREM.

ANxios nos sanè habuit aliquandiu, amice lector, hic noster Laurentius quid de eo edendo nobis statuendum esset, quòd morborũ, & herbarũ quarũdam uocabula in eo inueniremus quæ neq; nobis nec uero alijs plerisq; non indoctis neq; rei medicæ Mulomedicinæq; rudibus admodum essent nota, eáq; non simplici uno aliquo nomine expressa per uniuersum opus, sed eadem nonnunquàm pagina permutatis aliquot literis, modis duobus ac tribus aliquando enunciata: ueritum cum celebres medicinæ professores qui hac in re nobis in cõsilio fuerunt ea nos esse uoluntate audirent ut si quando illiusmodi uox aliqua incideret, mutaturi essemus in eam quæ familiaris magis esset nostris hominibus ac eandem uideretur affectionem indicare, diuersam omninò nobis ineundam rationem censuerunt. nempè ipsas lectori bona fide exhibendas illorum nominum singulas & syllabas & literas cum sua quantacunq; esset uarietate, eteniatrisq; permittendum illorũ iudicium, præsertim cum nõ unius alicuius generis uiderentur pprietas, sed alia apud alias ut quisq; inuentor extitit alicuius remedij huic aut illi morbo accõmoda nata, id quod ex authoris quoq; ipsius epistola non obscurè uideretur posse colligi: temerarium enim fore de exotica dictione ac non admodum compertæ significationis uelle iudicium facere, reliquasq; illas quibus tanquàm quibusdam uestigijs ad rem ipsam facilius perueniretur, studiosis adimere. His igitur autoribus primo quoq; tempore editionem maturauimus, præter pseudographias magno numero summotas quas series orationis & sensus quoque communis euincebat, ut erat qui Rusiũ descripsit literarũ latinarum penitus ignarus, nihil nobis permittentes: sed optima rea uera fide quicquid in huiusmodi ab exemplari nobis exhibitum est, id omne tanquã per manus uobis tradentes, cuius rei si quis testem requirat, dabimus locupletissimum, exemplar ipsum, quod in eum usum domi seruamus. Gallicus autem Laurentius quem propediem proferemus & in quo uertendo conferendoq; cum Mulomedicis totus et assiduus est homo quidam eruditus, omnia certa ac definita habebit, rectè ne an secus reddita, uestrum erit iudicium. Duo præterea sunt de quibus mihi admonendus uideris, alterũ ut in cõpositionũ ponderibus per priorem numerum qui ternarij imaginem præfert, unciam intelligas: alterum ut in ductibus illis literarum qui im mu nu &c. exprimunt, à nobis nihil uerearis dissentire sicubi uidebimur ubi à recto aberrasse, scis enim ita esse typos chalcographicos, ut tam multi huiusmodi ductus coniungi non possint, quin certum aliquid explicetur: quo factum est, ut hic cum exemplari nostro paria facere non potuerimus, quod in ijs nihil non habet dubium, ac ambiguum. Illud quoq; non prætereundũ, ut si gratiam ullam à te de hoc libro iniisse continget, bonam illius partẽ literato uiro & literatorũ omniũ amantissimo Ioanni à Lugduno Priori apud Bondiacenses deberi intelligas, qui è bibliotheca sua copiosissima nobis hoc opus suppeditauit. Vale optime lector, et Robertum Valturium Vegetiumq; de re militari, Optica Alberti dureri, eiusdemq; de humani equiniq; corporis symmetria, admiratione dignum opus, necnon rationẽ conficiendorum tormentorũ bellicorũ ac aliorum omnium ad rem bellicam pertinentium, omnia picturis elegantissimis ob oculos posita, à nobis expectato.

INDEX MORBORVM, MEDICAMINVM, AC

aliorum quorundam quæ his Laurentij de Medicina Equorum Commentarijs continentur.

* *


INDEX


* * *

I N D E X

✳ FINIS. ✳

Pagina	Versu	Legendum fortè
1	17	musculorum.
3	36	viuulas.
9	33	ad cibũ extendente, vel ad collũ.
13	39	vel arrecta.
63	29	testudines
66	35	sinopidis 3.ii.
67	8	viuulæ.
eadem	vltimo	purgetùr.
69	23	in modum circbli.
73	14	euforbium 3.3.
75	20	añ.3.3.libras 3.
77	8	fimi arietini.
83	30	sale marino.
84	primo	à natibus.
89	9	spargulam.
ibidem	14	salsa marina.
94	1	spauanis,
ibidem	[illegible]	mollificatiuum.
123	6	prius.


ISP


ISP

LAVRENTII RVSII
DE MARESCALIA SIVE DE
arte veterinaria liber vnus.

De natura Equi. Cap. I.



Quus calidæ naturæ iudicatur, & temperatæ. Calor ostenditur per leuitatem, velocitatem, audaciam, & vitæ longitudinem: quia plus aliis animalibus viuit. Temperamentum inuenitur in eo, quia docilis, & mansuetus est erga dominum vel nutritorem suum.

Quòd ad generationem Equorum sint eligendi parentes idonei, Cap. II.



Voniam omne animal consueuit simile generare, tam moribus, quàm corpore, ideo vt recipiamus bonos filios, necesse est vt eligamus bonos parentes: quia ex bono & pulchro patre, bonus, & pulcher cõsueuit filius generari, & ecõtrariò. Similiter de matre. Et si accidat quãdoque contrarium, quòd dissimiletur filius parentibus, hoc accidit ex aliqua occasione: frequentius tamen assimilatur aut moribus, aut corpore.

Quæ consideranda sint in parentibus, Cap. III.



Vatuor in parentibus spectanda sunt, scilicet forma, pulchritudo, color, & meritum. In forma autem quæruntur corpus vastum, & solidum, corpori conueniens altitudo, latus longissimum, maximi & rotundi clunes, pectus latum, patens, & omne corpus mustellorum depressitate nodosum, pes siccus, & solidus, cum cauo cornu, altius calciatus.

De pulchritudine Equorum, Cap. IIII.



Vlchritudinis partes hæ sunt. Habeat Equus caput exiguum, & siccum, cuius pellis bene inhæreat ossibus capitis: Aures breues & acutas quasi aspideas, oculos magnos, non concauos: nares patulas, quasi inflatas: maxillas graciles, & siccas: os magnum, et laceratum: collum longum, & gracile iuxta caput: Garese verò acutum, sed quasi telum & rectum: dorsum curtum, & quasi planum: lumbos rotundos & quasi grossos: Costas & ilia, vt bouina: Hancas lõgas, & tensas: Comas & caudã cũ paucis & lõgis crinibus: Cossas latas et carnosas tam interius, quàm exterius: Garetta ampla, & sicca & tensa: falces curuas & amplas, quas Equus teneat vt ceruinas: Crura & ampla, & pilosa, & sicca. Iuncturas crurium grossas, & nõ carnosas, propinquas vngulis, ad similitudinem boum. Vngulas rotũdas, solidas, & fixas: & vniuersaliter habeat membra proportionata corpori tam in longitudine, quàm in amplitudine, et collum deferat eleuatum, vt det grossitudinẽ iuxta pectus. Sit verò Equus altior à parte posteriori, quàm anteriori, velut ceruus.

De coloribus Equorum, Cap. V.



Colores Equi sunt hi, Radius, Aureus, Ablineus, Roseus, Murreus, Cerrinus, Gilbus, Scutulatus, Albus, Guttatiuus, Candidissimus, Niger, Pressus. Sequentis meriti varius cum pulchritudine, mixto in eo nigro, vel albo, vel assido, vel bladio, mixto cum cano, vel cum quouis colore, Spumeus, Maculatus, Murrinus obscurior. Secundum verò D. Iordanum, Color baydus, & semialbus obscurus, super omnes est laudandus. In emissariis autem præcipuè clari, & vnius coloris eligendus est Equus. Cæteri despiciendi sunt, nisi magnitudo, vel membrorum aptitudo, culpam colorum excuset.

De merito, seu bonitate Equorum, Cap. VI.



Meritum dicitur bonitas Equi. Pluries accidit quòd Equus est turpis, male formatus, & mali coloris, est tamen valde bonus: propter cuius bonitatem, & meritum, Equus dicitur haberi carus: quia potius homo capit bonitatem quàm pulchritudinem. Nam si res habetur propter vtilitatē, vtilior est bonitas quàm pulchritudo: ergo affectare debes plus bonitatem, quàm pulchritudinem: & ideo bonitas Equi excusat eum à turpitudine: sed si pulchritudinem cum bonitate haberet simul iunctam melior esset. Et est sciendum quòd pulchritudo Equi factorum, melius discernitur, & monstratur in macro, quàm in pingui, nam propter pinguedinem aliqua facta eius occuluntur. Sciendum quòd in Equabus consideranda sunt quę iam dicta sunt de Equo: vnum tamen in ipsis præcipue debes attendere, videlilicet quòd Equæ habeant magnum corpus, & ventrem longum.

De signis ad cognoscendum uirtutes, Cap. VII.



Nota primo quòd pulchritudo, & defectus Equorum, & membrorum melius discernuntur, Equo existente macilento quàm pingui. Equus habens maxillas grossas, & collum curtum, non leuiter affrenari potest decenter. Equus habens frigiditatem capitis, & caput inflatum, oculos tumidos, deferens caput in ingressu grauiter versus pedes deorsum, extremitates auricularum pendentes & frigidas, vix vnquam poterit curari. Equus habens auriculas pendentes, & magnas, & oculos concauos, lentus, remissus, & mollis existit. Equus habens Garetta ampla, & extensa, & falsas curuas, ita ꝙ Garetta respiciant interius in gressu, de more celer & agilis esse debet. Equus habens Garetta curua, & falsas extensas, & hancas curuas, debet naturaliter ambulare. Si Equus per caudam trahatur, quanto magis firmus fiat & caudam fortius ad se trahit & ossi adhæret, tanto melior, & ad præliandum, si attrahit, tanto iuuantior est. Item quanto corium vbi crinis deficit inter aures fortius ossi adhæret, tanto melior est ad pręliandum. Equus habens iuncturas crurium iuxta pedes naturaliter grossas, & pastoralia curta velut bouina, dicitur naturaliter esse fortis. Equus habens costas grossas velut bouinas, & ventrem amplum, & deorsum pendentem, laboriosus & sufferens iudicatur. Equus habens vniuersas vngulas albas, vix aut nunquam duras aut fortes habebit. Equus si super omnes pedes suos in principio, præcipuè

super

ſuper anteriores diu & æqualiter ſtet iunctos, ita vt vnum pedem ante alterum non extendat, aut ſurſum teneat, aut vnum pedem ſuper terram leuius & debilius teneat altero, membra inferiora ſe habere ſana & firma demonſtrat. Equus habens nares magnas, & inflatas, & oculos groſſos, non concauos, audax naturaliter eſſe debet. Equus habens os magnum, ſciſſum, ſiue laceratum, maxillas graciles, & macras, & collum longum, & gracile verſus caput, ſatis ad affrenandum exiſtit habilis. Equus tenens ad ſe truncum caudæ ſtrictum, & fortiter iuxta coſtas ſtrictum, vt in pluribus, fortis, & ſufferens eſſe debet, ſed non celer. Equus habens crura, & iuncturas crurium ſatis piloſas, & pilos longos, in eis laborioſus exiſtit, ſed non de facili agilis reperitur. Equus habens culmē longum, & amplum, & hancas longas & extenſas, & qui ſit poſterius altior quàm anterius, vt in pluribus, velox in curſu reperitur. Equus claudicans à parte anteriori de pede & non premens verſus terram in greſſu niſi extremitatem vel tantummodo punctum pedis ſeu vngulæ, ſcias quòd vngula patitur. Equus claudicans anterius, ſi vniuerſaliter premit in terra ſoleam pedis, alibi q̄ in vngula patitur. Equus claudicans in oppreſſione pedis verſus terram, non curuans nec plicans paſtoralia vel iuncturas, circa iuncturas læſo eſſe cenſetur. Equus claudicans anterius, & in ſua reuolutione, ſiue à dextris, ſiue à ſiniſtris magis claudicat, præſumitur dolor eſſe in ſpatulis. Equus claudicans poſterius, in ſua reuolutione ſimpliciter magis claudicans, apparet quòd in hanca patitur. Equus patiens in loca inferiora deorſum & faciens in greſſu paſſus anteriores minutos & crebros, à grauedine pectoris affligi videtur. Equus anterius claudicans, & qui cum quieſcit aliquantulum pedem claudicantem ante alium tendit, nihil incumbens ſe pedi claudicanti, in crure vel in ſpatulis patitur. Equus ſi poſterius claudicans, non incumbens ſe in greſſu, niſi in puncto pedis poſterioris ſolummodo, nec aliquid curuans iuncturas, eleuat, & dirigit pedem claudicantem ſine implicatione aliqua in greſſibus, in iunctura eſt paſſio. Equus habens dolores intra corpus continuè, habens vniuerſaliter auriculas frigidas & nares ſimiliter frigidas, & oculos concauos, ſemiuiuus eſſe cenſetur. Equus habens anthracem, ſi flatus narium emittat frigidos, & oculi lachrymentur aſſiduè, quaſi mortuus iudicatur. Equus habens enorram vel vermem volatiuū in capite, & continuè per nares humores proiiciens, velut aquam pinguem & frigidam, vix euadet. Equus habens infirmitatem arragiati, emittens tantum per anum ſtercora liquida continuè, ita vt nihil ſtercoris in ventre remaneat patientis quod emittat, in infuſionem cadet infirmitas, & vt in pluribus, non euadet, imò citò morietur. Equus habens viuulas ſi ſubitò vniuerſaliter redigitur in ſudorem, & membra ipſius ſingula contremiſcunt, ipſo continuè ſcorditiones patiente, non videtur poſſe euadere. Si nares Equi aliquantulum teneantur, & modicum herbæ vel ſtraminis infra nares ponatur, ſi anhelitum fortiter à ſe proiiciat, à ſtranguria, & enorra liberum habet caput. Equus patiens infirmitatem ſtranguillionis, ſi cum difficultate ac ſonitu narium in gutturis medio ſpirat & reſpirat, necnon totum guttur habet inflatum vel groſſum, vix euadet. Equus habens pares balſas natura, & non impares, vt de pluribus non facilè erit groſſus.

Qua ætate sint Equi apti ad generandum. Cap. VIII.



Via pater robuſtus & fortis membris, & virtutibus, robuſtiores generat natos, ideo ea ætate debet Equus eligi ad generandum quando membra completa, & virtutes perfectæ in eo reperiuntur. Nam fœtus ex iuuenculo Equo natus, quia nec membra bene completa, nec ſolidata, nec virtutes perfectæ ſunt in ipſo, erit naturaliter debilis: & ſi antè admittitur, quàm ſit naturaliter perfectus ad generandum, filius imperfectus, & debilior ex eo naſcetur: Quia ex minus perfecto, minus perfectum procedit: & ex magis perfecto, magis perfectum.

Qua ætate sint aptæ Equæ ad generandum. Cap. IX.



Propterea quòd fœmininus ſexus in omni animali frigidior eſt maſculino, citius peruenit ad ætatis ſuæ perfectionem. Vnde poſt biennium Equa rectè Equo ſubijci poteſt: Et poſt decimū annū ad conceptionis officium, inutilis iudicatur. Et ſi ex ea ſoboles oritur, iners, & tarda naſcetur. Quia ſicut citius maſculo ætatem fœmina perficit, ſic & citius in ea decreſcit. Vnde cum cauſa, & virtus in ea poſt decimum annum velut iam ſene deficiant, inutilis reputatur ad partum.

Qualiter circa ipſos agendum ſit, cum ſunt admittendi ad generandum. Cap. X.



Vm Equi ad generandum ſunt admittendi, debent bene & copioſe paſci & nutriri, & ſine labore & aliqua inquietatione eſſe debent. Nam nimius labor deſiccat humiditatem, vacuat ſpiritus, & debilitat virtutes: quæ tria ſunt neceſſaria ad generationem. Quies verò multiplicat humiditatem, & copioſum nutrimentum multiplicat ſpiritus, & virtutes, & ex quiete eſt nutrimentum roboratiuum, vnde coeundi deſiderium augmentatur. Non tamen intelligendum eſt, quòd Equus ſtet penitus ſine labore: ſed taliter equitetur Equus, ꝙ potius ſibi delectationem inferat quàm fatigationem. Quia labor ſiue exercitium temperatū, calorem naturalem excitat, ſuperfluitates conſumit, ſpiritus & virtutes corroborat, quum virtutem digeſtiuam dirigat, & adiuuet: vnde conceptio fiet melior ex puriori ſemine, quàm ex minus puro. Quum itaque temperata ſemina magis conueniant ad generationem, quàm intemperata, bonum eſt vt Equus valde leuiter exercitetur. Nimia enim quies generat multas ſuperfluitates, vnde calor naturalis, & ſpiritus debilitantur, exinde corpus & humores infrigidantur, & poſtmodum ſemen. Ex ſemine autem frigido, & multum humido, vix fiet conceptio: & ſi fiat, generatur ex eo fœmineus ſexus. Nam ex frigido & humido ſemine procreantur fœminæ: ex temperato, maſculi. Ex nimis frigido & humido, nūquàm fiet conceptio, quia calor agens ſuffocatur. Ex nimis ſicco ſimiliter: quia materia non extenditur. Similiter ex nimis calido, ſi ſit cum ſiccitate, aduritur: ſi cum nimia frigiditate, informatur. Ex temperato igitur ſemine cōceptio formatur. Relinquitur igitur vt nec multum pingues Equi, nec item humidi aut ſicci, ſed ad medium tendentes, ſint apti ad generandum: tendant tamen magis ad humiditatem quàm ad ſiccitatem. Quia ex copioſa materia grande corpus generatur. Ex modica verò materia, corpus modicum generatur.

Vnde vt suprà dictum est, ita tractandi sunt Equi qui admittendi sunt ad generandum, vt pingues existentes ad medium tendant: quia sicut modica materia non est sufficiens, ita superflua non est apta: Quia calor agens in re multa, non potest eam depurare & informare, sed debilitatur in actione sua: In re modica non habens idoneum subiectum, similiter debilitatur & euanescit: in re verò temperata, æqualitate agens, vndique in ea liberè agit & informat, cum idoneum subiectum & materiam aptam, quam totam depurare et regere potest, inueniat. Quod dictū est suprà de exercitio faciendo in Equis qui admittendi sunt ad generationem, intelligendum est de his qui sunt in stabulis, quos exercitare, & quiescere facit homo pro velle. Nam armentarii non possunt esse laboris expertes, cum huc & illuc pascendo vagentur, & libertas animum pro velle disponat. Eadem in Equabus consideranda sunt.

Quot Equæ emissario sint supponendæ. Cap. XI.



Qui sicut sunt dispares corporibus, sic & uiribus. Ideo considerãdum est vniuscuiusque viribus æstimatis, pauca vel numerosa coniugia submitti. Quæ res faciet eos ætate non parua durare: quia nimius coitus omne animal citò facit senescere, ac deficere, quum substantiam cõsumat & humiditatẽ, & virtutes debilitet, calorem naturalem extinguat, spiritus faciat exhalare: quare mors sequitur omnino. Inueni tamen ꝙ Equo viribus formáque constanti duodecim vel quindecim ad plus possunt submitti Equæ. Cæteris pro qualitate suarum submittendę sunt virium.

Quo tempore sint admittendi Equi ad generationem, Cap. XII.



Quarum natura cum sit duodecim mensibus partus absoluere, prouidendum est vt tempus conceptionis conueniat tempori natiuitatis. Ergo cũ necesse sit pullos tẽperato & herboso tẽpore nasci, vt nõ lędãtur corpora frigore, nec ęstu languescant æstatis, & copiam habeant lactis, videtur ꝙ locis calidis in Aprili, vel frigidioribus in Maio admittendi sunt Equi ad generandum, quũ hæc tempora conueniant natiuitati Equi: nam his temporibus nati pulli & aërem temperatum, & copiosum inueniunt nutrimentum.

Quanto tempore ferant Equæ partum, Cap. XIII.



Deo ꝙ agens in re multa tardius eam disponere & informare potest, ꝗ agens in modica, cum materia cõceptionis Equarũ propter maioritatem sui corporis maior sit quàm aliorum animaliũ, & magis humida quàm aliorum, necesse est habeat longius tempus calor ad informandum. Vnde vnius anni spacium natura præbet Equæ ad absoluẽdum partum, & in tanto tempore sol complet zodiacum. In boue minus tempus requiritur, quia materia retinet informationem, & citius induratur quàm humida. In Asinis licet sit materia minor, est tamen minus frigida, vnde tardius calor eum potest disponere ad informandum. In aliis animalibus pro vt materia cuiuslibet apta est ad informandum, tẽpus breuius aut lõgius natura exhibuit ad absoluendum partum.

Quid sit agendum, si Equa patitur Equum, Cap. XIIII.

Accidit compluries ꝙ Equa Equum patitur super se, nec tamen vult coitum, quod ex defectu caloris ipsius circa naturalia cõtingit, et licet ipsam natura stimulet, frigiditas tamẽ illorum membrorum coitum recusat, & ideo vitica vel squilla circa naturalia ipsius membri inficiantur & excitabitur in eo libido. Est præterea notandum ꝙ emissarii armentorum aliquibus medijs spacijs separari debent propter noxã furoris alterius: quia tempore coitus cum animalia sint furiosa si se attingerent inuicem læderent.

Quomodo Equæ sint tractandæ post conceptionem. Cap. XV.

Si conceperint Equæ separentur à maribus, nec famem frigusq́ tolerent nec laborem, nec inter se locis comprimantur angustijs, quoniam abortiendi materiam forsitan pareret: nec nimis macræ aut nimis pingues existant, sed medium teneant vtriusq́. Nam si nimis macræ essent, aut abortirent propter nutrimenti penuriam, aut fœtus modicus et debilis nasceretur. Si nimis pingues essent, ꝓpter loca repleta nõ posset cõceptionis materia, ꝑ vt expedit, dilatari, & sic minor corpore similiter orietur. Et nota ꝙ generosas Equas alternis annis submittere debemus, scilicet quæ masculos nutriũt, vt pullo puri & copiosi lactis robur infũdatur. Et semper armẽtis pinguia pascua prouideri oportet. Et in hyeme in locis calidis morentur, vt in nemoribus, vbi à frigere & vento non tantũ læduntur. Cauendum tamen est pro posse, ne iumenta morentur in locis vbi sit magna copia cerrorum: nam comestio glandium cerri facit abortiri iumenta. In æstate verò in locis frigidis & aquosis, vt in pratis & locis vbi herbarum copia sit.

Quod tempus sit aptum conceptioni, & generationi pullorum Equorum. Cap. XVI.

Equarum natura quoniam ea existit fœtum anno vno vt portet, vt prædictum est: ideo tempus conceptioni, & natiuitati congruum eligendum est. Vnde tempus Veris cum sit temperatum pascuisq́ copiosum, vtriq; maxime conuenit: quia cum temperatum sit, & humores omnes in animalibus sint tali tempore temperatiores, & sanguis & corpus tunc ipsis dominetur, nullum tempus sit aptum conceptioni videtur, cum humorum temperantia sit necessaria conceptioni. Similiter autumnus est natiuitati aptus, quia cum nouiter geniti pulli sint teneri, & cito frigore vel æstu læ dantur propter autumni temperantiam, tali tempore nati pulli nec fatigantur æstu nec algore torpescunt. Similiter quum pulli teneri copia lactis indigeant, nec famis neq; potus inopiam tolerantes, teneraq́ ipsorum natura expostulet nutrimenta, & crescentes magis ac magis nutrimenta duriora exposcant, hoc tempore copiam herbarum tenerarum inueniunt, & sicut ipsa sic & herbæ ad duriciem tendunt.

Quis locus bonus sit ut in eo nascantur, Cap. XVII.

Ideirco ꝙ consuetudo est, ꝙ secundum naturam & secundum consuetudinem quam ab origine ducit animal gubernatur, & viuit in eo quod magis vniuscuiusq́ animalis officio congruit, ab origine quilibet debet in eo studiose nutrire, vt leuius tolerent quod postmodum

dum pati necessarium est: vnde illud Hippocratis, Ex multo tẽpore cõsueta, etiam si fuerint deteriora insuetis, minus molestare consueuerunt: propterea cum sit necessarius ad laborem, laboriq; suo congruant vngulæ duriores & fortes: loca verò mollia reddant vngulas molles & teneras, vtile videtur quòd pulli petrosis & montuosis locis nascantur, ne natis Equis in mollibus locis vngularũ teneritas de asperitate nihil sentiat. sed natis Equis duris locis frigida origine locorum asperitate durescant. Montuosa loca videtur vtilia duplici causa mõstrante, Cum montium iter sæpe sursum & deorsum eundo, fit difficilius itinere plano, redditur etiam ex vsu fortior ad laborem: & quia descendere difficilius est quàm per planum incedere, descendendi aut ascendẽdi exercitio ad laborem aptior informatur. Tum etiam & pedes fortiores & aptiores, grossiores & duriores redduntur: nã ex labore fit maior nutrimenti accumulatio ad membra laborantia, & natura semper intẽdit ad membrorum defensionem quibus est magis necessaria: vnde cum crura & pedes magis aliis mẽbris laborent, natura mittit illuc nutrimẽtum, ad corroborandum & augmentandum ea, vt magis tolerãtia sint laboris: Et ideo crura grossa in ossibus, & pedes in vngulis efficiuntur duriores. Bonum est ergo vt pulli exercitio vtantur assiduo dum in augmento consistunt: tamen tali vt iis videbitur expedire, vt non vltra velle vel posse fatigentur, sed leuiter ambulando.

De nutritione paruorum pullorum. Cap. XVIII.

DE nutritione paruorum pullorum Equorum quãdo suprà diximus, nunc de ipsorum educatione ac doctrinatione dicendum. Cum ergo pulli nati fuerint manu tangẽdi non sunt: quia eos lædit tactus assiduus, & à frigore quantum ratio patitur defendantur, vt non frigoris algore torpescant. Similiter à nimio calore aut ingenti æstu non æstuent, Vnde congrua loca vtriq; tẽpori eligenda sunt, videlicet tempore frigido, stabulis calidis: tempore calido frigidis & vmbrosis locis locandi sunt. Nunquã à matre separentur, aut famem vel sitim patiantur. Matres verò bonis pascuis, & herbis sufficientibus nutriantur, vt copiosi lactis robur pullis infundant, & pulli pro velle sugendi lac habeant facultatem.

De educatione adultorum. Cap. XIX.

VBi autem magis adulti pulli fuerint leuiter manu tangantur, vt eo tempore quo domari debuerint, ex tactus assuetione mitiores in domando inueniantur. Similiter & in ferrando ducantur post matres frequenter per montuosa & petrosa loca propter causam superius dictam, nec separentur à matribus donec compleant duos annos, sed eas continuè sequãtur per bona pascua & cõgrua loca. Post bienniũ debent à matre separari, quia in tali ætate incipiunt iam naturaliter ad coitum stimulari: Vnde si matres postea sequerentur; & ob delectationem coitus cum matribus vel aliis coirent, deteriorarentur: etiam in aliqua parte corporis possunt faciliter lædi. Si tamen Equus vsque ad ætatem trium annorum libertatem haberet per bona & sufficientia pascua sine societate iumentorum, melius & salubrius foret sibi, quia per campos discurrendo propter aërem & libertatem animi quam

habet

habet Equus, efficeretur in corpore,& membris sanior: specialiter autem crura ab omni macula munda,& per omnia meliora habebit.

Quomodo, & quo tempore illaqueari debeant Equi qui ducuntur de armento. Cap. XX.



Ostquam ad ætatem peruenerint Equi qua domari debent, & à matribus separari, illi qui ex armento educuntur,debent leuiter & suauiter laqueari laqueo grosso & forti decenter de lana composito: quia lana ꝑpter sui mollicie habilior est,quàm linũ vel canabis: melius tamen & securius est,ꝙ talis funis factus sit de crinibus iumentorũ. Laqueetur Equus recenti, vel frigido tempore, vt mense octobris vel circà,eo quòd tẽpore frigido possunt paruuli securius fatigari & domari q̃ calido: et post domationem ipsorũ in hyeme factam de mense martii vel circa,debent eis dari ferragines continentur, herbæ de cætero quamdiu possint virides reperiri. Nam pulli propter domationẽ macrescunt & desiccantur interius: idcirco dare ipsas ferragines necessarium est omnino. Dantur etiam quædam ferragines pullis de mense nouembris,& antè: quę quidem ferragines quàmuis non multum impinguent,ipsos tamen purgant, & ipsorum corpora mirabiliter ampliant; habeatur tamen magna custodia,ꝙ sit in stabulo calido,& caueatur à frigore, & vẽto: & quàmuis breuda vel remulum competat pullis, eò ꝙ ipsorum intestina dilatat,tamen nullo modo simul cum herba detur eis: nam remulum cum herba datũ generat vermes in corpore Equi. Credo tamen vtilius & melius esse,quòd laqueetur in primo Maii, quia tunc temporis consueuerunt esse pinguiores pulli propter herbas,quas comederunt in vere,& sunt impinguati,& mundi ab omni corruptione & calefactione,quam haberent in corpore. Præterea inueniuntur tunc temporis herbæ recentes, quæ competunt valde pullis. Non laqueetur pullus tẽmpore nimis calido, quia ex insueta captione nimis æstuando laboraret,vnde posset leuiter mẽbrorum,& corporis incurrere læsionẽ. Eo autem capto quod dictum est,impositoq́ sibi capistro de canabe cum capitiolo de corio,ducatur frequẽter ad aquam & per terram ad societatem alicuius Equi domiti,donec assuescat bene ire sine societate: postmodum ducatur per terram & ad aquam cum freno in ore,deinde cum sella.

Quando, & quo tempore edomari debeant pulli, Cap. XXI.



Pulli domari possunt postquam ad ætatẽ duorum annorum peruenerint: Sed lõgè melius & vtilius est,ꝙ domẽtur postquàm ętatẽ trium annorum exegerint, quia in tali ætate perfectè,membris & corpore domari possunt. Sunt etiam robusti & membris valentes sustinere labores: vltra verò hanc ætatem licet difficile sit domare, tamen fertur ꝙ Fredericus imperator nũq̃ Equos ꝑ sua ꝑsona faciebat domari nisi esset quatuor annorum,& dicebat ꝙ ex hoc Equi erant saniores & fortiores,& ex hoc Equi habebant tibias & iũcturas magis mũdas & siccas,nec poterant ex tũc habere gallas.

Quomodo, & qua cautela Equi domentur, Cap. XXII.



Quando verò debet domari pullus, diligens debet adhiberi cautela, scilicet ꝙ Equus ad pręsepe binis capistris alligetur, & hoc taliter fiat,quòd propter suam indomitatem à dictis capistris in cruribus ali-

quatenus non lędatur: & donec in sua fœrocitate permāserit, suo simili domito societur, quia tutius, & securius poterit ad eum accessus haberi. Et item sæpius leuiter, & suauiter manu pedes, & tibiæ, & alia membra tangātur. Nec debet in principio circa eū homo acriter indignari, ne fortè propter hoc aliquē virum indecenter assumat, sed cum magna perseuerantia lenitatis, & mansuetudinis tangatur, donec mansuetus, & bene domitus. per assiduum, & crebrum tactum manuum, in omnibus efficiatur vt decet, & dictum est: ita vt plene, & secure sua membra circumcirca tangantur. et specialiter pedes sæpius eleuando, & admodum firmiter pedes percutiendo, nec ante biennium ratione aliqua laqueetur: quia propter iuuentutē ex labore insueto domationis, aliquas læsiones in cruribus facile incurrere posset.

De custodia Equorum post domationem, Cap. XXIII.



Omatione facta, taliter custodiatur Equus, Imponatur ei capitiolum factum de corio forti, & humido, siue leni, & binis capistris decenter præsepio alligetur, vt dictum est suprà: pedes verò anteriores pedica seu pastoriis de lana compositis vinculetur, necnon vni pedi posteriorum funis laneus (qui vulgo tegmellus dicitur) alligetur, vt ita nullatenus ire possit, & hoc fit ad sanitatem crurium conseruandam. Præterea locus vbi moratur, sit à fimo bene mundus in die, noctu verò fiat stratū siue lecteria de paleis vsq; ad genua pro quiete, quę summo mane tollatur. Equus verò summo diluculo tāgatur per totū corpus, et crura decēti tersorio, siue sereligia benè tergantur, pro vt melius videbitur expedire: deinde ducatur ad aquā, paruo tamē passu, et teneatur in aqua tam manè quàm serò vsque ad genua, vel paulo superius, ita tamen ꝙ aqua non tangat testiculos cū bibit, & sic teneatur Equus in aqua dulci vel marina circa spacium trium horarum, quia frigiditas aquæ dulcis, vel siccitas aquæ marinæ, naturaliter Equi crura desiccant, coërcendo humores descendentes ad crura, ex quibus consueuerūt in eis ægritudines generari. Post reditum autem nullo modo Equus ponatur in stabulo, nisi prius eius crura fuerint bene munda, & desiccata ab aqua: quoniam fumositas stabuli solet inducere gallas: & malos humores, propter suam caliditatē, solet generare cruribus madefactis. Vnum verò semper memoriæ teneatur, vt Equus assiduè comedat in loco infimo quasi iuxta pedes, ita ꝙ cū quadā difficultate fœnū vel annonam capiat: quoniam ipso intētē caput ad collum extēdente pro comestione sumenda, propter nimium flectendi vsum, cooperante natura, collum & caput gracilius ei efficitur, & ad affrenandū redditur habilior, & pulchrior ad videndum. Ob hoc etiam crura ipsius quotidiè ingrossantur, quia maius recipiunt incrementum, cum assiduam faciat super anterioribus cruribus impressionem, ex qua ibi fit maior contractio nutrimenti.

Quibus cibis utatur Equus iuuenis, & quibus senex, Cap. XXIIII.



Omedat autem Equus fœnum, paleas, herbas, ordeum, auenam, quæ sunt naturales, & proprii semper Equorum cibi. Si tamen Equus sit iuuenis, herbis, & fœno cum ordeo, vel alio simili, aut sine ordeo pascatur sufficienter, quoniam herbæ & fœnum ventrem dilatant

&

& corpus, & propter suam humiditatem in suo augmento membra naturaliter augent. Et quia omne animal naturaliter humidum est, siue Equus iuuenis fuerit, siue senex, refici debet humidioribus herbis, vt in ipso naturalis complexio reseruetur. Postq̃ autem Equus iuuẽtutem perfectè exegerit, vt ad laborem sustinendum sit fortior, siccioribus cibis vtatur, scilicet, paleis, & ordeo, & his similibus moderatè. Nam propter paleæ siccitatem Equus non ita de facili impinguatur, sed in competenti habitudine retinetur, & viribus fortior permanebit: & quia cibus durus difficile dissoluitur, ideo ad laborem aptior reperitur. Sed cibus tener faciliter dissoluitur, vnde Equus nutritus cibis teneris, & leuibus, debilior viribus reputatur, & reperitur. Est autem in Equis melior habitudo mediocris, vt non nimis pinguis, nec nimis macilentus existat, sed medium teneat vtriusq;: quia dum nimis pinguis existit, multæ in eo superfluitates, & mali humores excrescũt, ex q̃bus cõsueuerunt in cruribus, et aliis mẽbris, plures, & diuersæ ægritudines euenire, maximè, si exponatur laboribus: quia propter superfluos labores, humores dissoluẽtur, & fluent per corpus, ex quo posset Equus de facili effici morbosus: vel etiam propter oppilationẽ venarũ, & arteriarum, posset subitò mori. Si verò nimis macilentus existit Equus, nimis debilis erit ad sustinendos labores, mẽbra etiã habebit inermia, et erit horribilis ad vidẽdum.

Quomodo, & quando, & quibus modis, purgetur Equus, Cap. XXV.


Via inter omnia quæ retinent Equũ in bona dispositione, & in bona habitudine corporis, est hoc potissimum, ꝙ saltẽ in anno Equus semel purgetur, propterea enim maiori tempore cõmodius viuit, & quasi reiuuenescit, idcirco hic aliquos modos inseram quibus Equus potest purgari. Est autem vnus modus purgandi Equum cum ferragine, sicut in Vrbe, & vicinis partibus vt plurimũ fieri consueuit. Comedũt enim Equi herbas prædictas diebus quindecim, infra quos purgantur plenissimè: ex tunc autem non ad purgandũ, sed ad impinguandum dantur Equis ferragines supra dictæ: est & alius modus huic similis. Sunt enim in Apulia quędam herbę, quæ trifolium appellantur, quæ ex quo seminantur non oportet vsq; ad triennium vlterius seminare. Quolibet autem anno emittent herbas virides, & teneras, & durabunt in sua bonitate per totam æstatem: dictas autem herbas comedendo impinguabitur Equus per eundem modum per quem purgatur, & impinguatur per herbas quę ferragines nuncupantur. In locis verò magis frigidis, sicut est in Francia, Alemania, Anglia, & his similibus, quia herbæ, & pascua sunt magis subtilia, & magis viridia, & magis tenera cõsueuerũt purgari Equi cum herbis de pratis, & dictę herbę locis prędictis purgãt mirabiliter, & impinguãt. Est alius modus purgationis Equorum, qui in locis vbi est magna copia pomorum infrà scriptorum, fieri consueuit. Nam vbi est magna copia melonum seu peponum, consueuerunt dari Equis ad comedendum pepones, & per frusta minuta incidi: habent enim mirabiliter purgare, maximè per vrinam, & postmodum impinguare. Est & alius modus similis pręcedenti, et melior: Annona per dies quindecim datur eisdem, ex hoc enim purgantur mirabiliter & etiam impinguantur: & quod melius est, si Equus de vuis prædictis seu racemis

mis comederit habũdanter, si senserit infirmitatẽ, quæ dicitur pulsiuus, liberabitur, nec ægritudini dictę remediũ aliquod huic simile poterit reperiri. Est & alius modus huic similis, quãtũ ad purgationẽ Equorũ, Vbi est abũdãtia ficuũ, dãtur Equis similiter in habundãtia ad comedẽdũ. Sunt & alii modi, qui & si sint vtiles ad purgandũ, nõ tamen impinguãt, nec sunt ita securi sicut præcedentes: sunt enim quasi medicinales, de quibus modis inter cætera propono duos solũmodo, reliquos relinquam industriæ peritorum in arte. Recipias igitur omnia interiora piscis Tencæ, vel piscis barbi, & si non sufficiant interiora vnius piscis, ponas ibi interiora plurium pisciũ, de genere supradicto: quæ minutè incisa misce cum optimo vino albo, & immisce cum cornu in gula Equi, purgabit enim Equum mirabiliter & medicinaliter potio supradicta. Alius modus est, & medicinalis, quòd recipiatur de siligine, & diu bulliatur in aqua fluuiali: vel melius, bulliat modica bullitione, ita quòd non crepet: nam Equus non ita bene comederet: deinde exiccetur, & detur Equo ad comedendum loco annonæ: ex hoc enim Equus purgabitur mirabiliter, & si quos vermes in intestinis habuerit, emittet necessariò: & hic modus est satis vtilis, & bonus, dummodo Equi velint de siligine prædicta recipere. Probaui tamen quòd stãt Equi aliqui aliquibus diebus antequam velint comedere de siligine prędicta: & nota quòd quãdo purgatur Equus cum herbis, vt supradictum est, debet teneri Equus sub tecto, & debet etiam cooperiri aliqua coopertura de lana: quoniam herbæ cõsueuerunt propter nimiam humiditatem, & naturalem frigiditatem infrigidare, ex quo posset Equus facile infrigidari, & morbos incurrere satis graues.

De præbendando Equo. Cap. XXVI.



Vando verò Equus debuerit præbendari, attamentur, siue purgentur prius bene auenæ siue præbenda, ita quòd puluis, & alię immundiciæ non sint ibi, & postea detur sibi: quia puluis ordei, siue annonę alterius, ex facili tussim cõsueuit inducere, & corpus, & interiora deficcare, quę infirmitas quasi incurabilis est.

De potu Equi. Cap. XXVII.



Qua verò pro potu Equi mollis esse debet, & aliquantulum salsa, & turbida, suauiter currens, vel quasi nihil, quia huiusmodi aquæ propter suam grossitiem, siue grossam substantiam nutribiliores existunt, & Equi magis ex eis reficiuntur: Sed aquæ currentes, & frigidæ quãto frigidiores, & velociores existunt, tanto minus Equos reficiunt, & alunt. Non tamen extra rationem videtur, si temporibus nimis calidis, dulcibus aquis Equus vtatur, vt calorem infrigidando, & siccitatem reprimat humectando. Est etiam in his & aliis consuetudo in qua nutritus est, non modicum attendenda: & si ad inconsuetũ aliquid deducendus est, paulatim non subitò debet deduci, quia natura non sustinet subitas mutationes. Et quia Equus nisi bibat ad plenum, commodè carnes assumere non potest, abluatur os eius interius & fricetur cum sale madefacto in vino, quoniam ob hoc Equus libẽter aquam sumit, & libentius comedit.

De ferrando Equo, Cap. XXVIII.


Errari debet Equus ferris congruis, ad modum vngulæ rotundis: extremitas circuitus ferri sit stricta,& leuis: quia quanto leuiores fuerint,tanto facilius & agilius eleuat pedes suos: & quãto Equi vngula circuitu ferri vtitur strictiori tanto maior, & fortior efficitur, pro vt decet. Et nota quòd quanto Equus ferratur iunior,tanto ipsius vngulæ molliores,& debiliores existunt. Item nota quòd vsus eundi sine ferris à iuuentute,nutrit vngulas Equi naturaliter duriores,& magnas.

De parando Equo quando debet equitari, Cap. XXIX


Bi oportuerit Equum equitari,seu laborare, primo vidẽdum est vt sit bene paratus,tam in pedibus,vt sit congruè ferratus,vt dictum est supra, quàm in dorso, vt non possit sibi aliquam oppressionem facere, per quã lædi posset dorsum eius,sella,vel panellus, vel aliud simile,habendo in se aliquã duritiem patentem oculis,vel occultam. Et stringatur cingulis idoneis, ita vt sella non sit mobilis supra dorsum eius huc & illuc: nam sellæ motus,faciunt compressionem & lędunt dorsum. Et non stringatur supernè, quia posset inducere tumorem circa ventrem & latera, & etiam in interioribus dolorem,constringendo ventositatem: quæ non habens exitum,vel locorum amplitudinem in qua manere possit, potest inducere mala in eo. Similiter sella nimis stricta, propter nimiam compressionem posset lædere dorsum eius. Tempore nimis calido non imponatur ei sella grauis nec panellus,quæ Equum possunt nimis lædere & calefacere: quia redderetur Equus exinde nimium tędiosus ex humorum dissolutione, & garesæ ipsius solent facile calefieri & lædi,ex quo mala superueniunt accidentia morborum. Interdum etiam fit Equus exinde vitiosus,vnde leuis sella ei imponenda est:& leue etiam sit quod sit sub sella,sicut fieri commode potest.

Quo tempore debeat Equus equitari & laborare & quo non, Cap. XXX.


Ciẽdum autẽ quòd tẽpore nimis calido, scilicet à medietate Iulii vsq; ad finẽ Augusti,equitari Equus tædiosè nõ debet,quia tã propter nimium calorem,quàm propter immoderatã equitationẽ potest intrinsecus leuiter desiccari & scalmari: vnde tali tempore debet potius frigidis locis & humidis custodiri,herbis & aliis rebus recentibus vtẽdo,q̃ aliquatenus fatigari. Similiter in tẽpore nimis frigido,scilicet in Decembri,vel in Ianuario,Equus nimis fatigari non debet:quoniã Equus supcalefactus ex labore vel sudatus,potest leuiter infrigidari. Similiter nimia equitatio serotina lędit Equũ, quia propter laborem magnum,tantus sudor Equo superuenire potest,vel solet, quòd vix potest ob superuenientem noctem desudare sicut decet, atque more solito prębendari: ac etiam propter aërem nocturnum superuenientem qui diurno frigidior est, posset Equus calefactus infrigidari. Matutina igitur equitatio multimodè cõmẽdatur:quia nimii caloris incõmodo non blasphematur.

Quomo

Quomodo custodiatur Equus post laborem, Cap. XXXI.


Auendum est autem, quòd Equus postquam laborauerit, & fuerit sudatus, vel superfluè calefactus, non detur sibi cibus vel potus, nisi prius coopertus aliquo panno, paulisper ambulando ductus fuerit, & sudor & calor ab eo recesserit: quia propter laborem calor naturalis ad exteriora dispergitur, & interius modicus, & debilis reperitur. Vnde cibus tunc assumptus, posset de facili oppilationem interius facere, & ab accidentali calore corrumpi, quum interius valde debilis existit.

Quomodo in æstate uel hyeme custodiatur & cooperiatur, Cap. XXXII.


Emper autem in æstate sit Equus coopertus coopertura linea, ne lædatur à muscis, vel aliis consimilibus: In hyeme verò gerat coopertu ram laneam, propter frigus: & sic quolibet tempore custodia sibi congrua conferatur in omnibus.

Quanto tempore Equus duret in bonitate sua, si bene custodiatur, Cap. XXXIII


Ciendum est autem, quòd Equus bene, & diligenter custoditus, & moderatè equitatus, prout expedit, vt non sit nimio vel superfluo labore affectus, vt in pluribus, viginti annorum spacio in sua virtute, ac bonitate valide perseuerat.

De disciplinando Equo, Cap. XXXIIII.


E doctrina Equi, taliter subnectendum. Requiritur igitur in principio frenum debile, ac tam lene, quàm inueniri poterit: & quum Equo debebit imponi primitus, morsum freni inungatur cũ aliquantulo mellis, vel alterius dulcis liquoris: quia Equus gustatus dulcedine, melius tolerabit. Sit autem frenum, vt dictum est in primordiis, debile: quia quanto minus malũ ori inferat in principio, tanto leuius, & acceptabilius postmodum sustinebit. Postquam frenum sine difficultate susceperit, ad manum ducatur hinc & illinc manè, & serò, donec ductorem optime sequatur: deinde sine strepitu, & tumultu, & sine sella, & sine calcaribus suauiter equitetur, & ducatur paulisper paruo passu, à dextris, & à sinistris voluendo sæpius, cum quadam virga ipsum percutiendo decenter: & si expedierit, ductor aliquis incedat pedes, & hoc fiat à summo mane vsque à tertia, per loca plana, & non petrosa, donec equitans eum quòcunque placet, sine ductore, ac societate conducat. Cumq; per mensem vel plus, vel minus, pro vt expedierit, fuerit taliter equitatus, ex tunc sella sine strepitu, & sine tumultu imponatur ei, & tunc cum sella vlterius equitetur vsq; dum tempus appropinquauerit hyemale. Quum verò equitator Equum suauiter ascenderit, non moueat eum, donec pannos sibi aptet, vt decet: quoniam Equus exinde quietum vsum sibi assumet, ad commodum equitantis. Post hæc autem, adueniente tempore frigido, faciat ipsum equitator per campos seu magisias, vel arecta moderatè exactare, vt dictum est prius, summo manè, ipsum magis & frequentius à dextris, quàm à sinistris reuoluendo, & leua dicti freni sint aliquantulum magis curta quàm altera: quia Equus naturaliter citius reuertitur ad sinistram, quàm ad dextram: & si frenum fortius expedire videbitur, immutetur vt cõgrueritur, & pro velle facilius teneatur: debet autẽ vt dictum


est Equus ptractari per magisias & arrecta magis quàm plana loca: quia propter valliculos & môticulos qui sunt ibi ꝓpter sulcos, assuescit Equus & instruitur quotidie pedes & crura decentius erigere, & gressus suos tutius, & salubrius agitare: nam in gressu suo minus præcipitatur, seu cespitat, & sic nec equitãtem, nec seipsum offendit. Assueto iam Equo bene habiliter tractare per conueniens temporis spacium, à dextris, vt dictum est, & à sinistris similiter, per prælibata loca summo diluculo paulatim in principio, in minori, & breuiori saltu quo poterit galopetur, ne tædeat Equum forsitan galopare, ipsumq́ idem pigeat iterare, quod esset error maximus equitantis. Nam de leui in posterum ob hoc retrogradus fieri posset. Vnum tamen vtile videtur, quòd equitans in trotando, vel galopando, aut eum ad cursum mouendo, in tantum trahat freni habenas manibus circa dorsum inferius versus garese, quòd Equus curuando, vel plicando collum, caput iuxta pectus inclinet. Hoc autem in principio paulatim fiat, sicut videbitur expedire, omneq́ studium, & cautela ibi adhibeatur: hoc enim vtile satis Equo, & salubre fore cognoscitur, & salubrius equitanti. Etenim quum caput Equus inclinatum defert, satis propinquum pectori, & collum decenter curuatum, trotando, vel galopando, clarius, & apertius respicit gressus suos: & melius à dextris voluitur, vel sinistris, faciliúsque ad libitum retinetur. Propterea hoc multum est in omnibus commendandum, imò præ omnibus quæ in Equo sunt quærenda.

De formis frenorum utilibus tam pullis quàm Equis scallionatis & non scallionatis Cap. XXXV.




Voniam quę continentur in proximo capitulo, pro magna parte frenis subiacere noscuntur, expedit vt maneries, siue formæ frenorũ vtilium exprimãtur. Omissis igitur frenorum formis inutilibus, & horribilibus, quæ propter suam asperitatem os Equi offendunt, aliquas formas frenorum vtiles, & necessarias, & Equis delectabiles assumemus. Frenorum enim aliquæ formæ sunt vtiles pullis & Equis non scallionatis, aliæ sunt vtiles scallionatis. Resecatis autem inutilibus, vtiles, & necessarias solùm ponemus. Est igitur pro pullis vtilis quædam forma freni, quæ dicitur ad duos camillos, quæ forma leuior est, & descambilior pullis existit. Est & alia forma apta tam pullis quàm Equis non scallionatis, quæ dicitur ad martellum: habet enim à parte inferiori vnam barram cum camillo: à parte verò superiori habet vnam barram solidam, & in medio habet vnum martellum, qui protenditur versus camillum, non tamen coniungitur cum eodem. Est & alia forma freni vtilis, & apta tam pullis quàm Equis non scallionatis: & pro Equis inscallionatis, est aptissima quæ potest haberi, quam formam aliqui dicunt morsum Parisiense. Habet autem dicta forma à parte inferiori vnam barram cum camillo: ex parte autem superiori, habet vnam barram solidam cum camo, seu carado, & aliqui dicto camo appendunt cathenulas. Est & alia forma freni quæ vulgariter ad medium morsum vocatur, nomen assumens ex eo, ꝙ ex transuerso habet solummodo vnam barram, & aliam habet bipertitam, & ista forma est vtilis solum Equo scallionato. Est autem alia freni forma vtilis Equo scallionato, additur enim proximæ formæ, quæ dicitur ad mediũ morsi, vnus camus: cui camosi

mo,si volunt, possunt addere cathenulas : sed hoc necessarium non existit. Est autem attendendum,quòd breuitas siue magnitudo circuli,& ferrę etiam debita reflexio cum longitudine, vel breuitate conuenienti, in affrenando Equũ non modicum operatur, & ideo similiter in hoc est diligentia adhibenda. Intueri igitur os, & considerari debet mollities, & durities oris Equi, & frenum quod magis aptum ei fuerit imponatur eidem : & ad hoc vt frenorum formæ quæ descriptæ sunt possint euidentius apparere, ipsas depinximus. Ipsæ enim solum sunt vtiles,& necessariæ, & omnibus aliis habiliores,& etiam meliores,nec ora Equorum offendunt:et esset difficile Equum aliquem inueniri,qui cum ipsorum aliquo non bene affrenaretur, si quis iuxta distantiam congruam, & ori Equi expedientem sciat collocare barras siue canellos.




Pour vng grand cheual qui a la bouche peu fendue, & qui soit fort en bouche.

Pro Equis maximis, qui habent buccam parum fissam, & qui sunt oris duri.




Pour vng grand cheual qui est fort en bouche,
et qui besse la teste.

Pro Equis maximis qui sunt oris duri, & qui nimis submittunt caput.




Pour vng cheual qui ne prent point de plaisir.

Pro Equo cui nihil est uoluptatis, neque freno quocunq; fit hilarior.




Pour vng cheual qui a les gendiues tendres,
& pour le faire besser la teste.

Pro Equo cui gingiuæ sunt teneræ, & ut demittat caput, quod alioqui ferret sublime.




Pour vng cheual qui becquette, & pour le faire iouer de la langue.

Pro Equo ut ludat lingua, & frenum sibi placeat, qui alioqui retroactus caput subito attollit.




Pour vng cheual qui a les genſiues tendres, pour luy faire haulſer la teſte.

Pro Equo cui ſunt gingiuæ teneræ, & ut in ſublime efferat caput, quod alioquin nimis ſubmitteret.




Pour desarmer vng cheual,& pour le besser.

Pro Equo qui sibimet corrodit mandibulas, ne id faciat, & ut demittat caput.




Pour le faire iouer de la langue.

Vt Equus ludat lingua.



Pour vng courtault qui est fort en bouche.


Pro Equo qui est oris duri.



Pour abeſſer vng cheual.


Pro Equo ut inclinet caput.

C




Pour vng Poulain.

Pro Pullo Equino.




Pour vng poulain pour haulser.

Ad erigendum pullum Equinum.




Pour vng courtault,pour desarmer.

Pro Equo qui sibimet corrodit mandibulas, ne id faciat.




Pour vng courtault qui ha bonne bouche.

Pro Equo oris boni, & qui facile freno paret.




Pour haulſer la teſte a vng poulain.

Pro pullo Equino ut caput erigat.




Pour vng grand cheual,
Pour prendre grand plaisir.

Pro magno Equo ut ualde oblectetur mandens frenum.




Pour abesser.

Ad demittendum caput.




Pour vng rouſſin qui ſe renuerſe.

Pro Equo qui ſe in pedes erigit in altum.




Pour vng double courtault qui
ha mauluaise bouche.

Pro Equo oris duri.




Pour vng double courtault qui ha mauluaiſe bouche.

Pro Equo oris duri.




Pour vng rouſſin qui ha la bouche dung dyable.

Pro Equo qui eſt oris nimium duri.




Pour vng cheual qui eſt trop fort en bouche.

Pro Equo oris nimium duri.




Pour donner grand plaisir a tous cheuaulx de Flandres qui hont forte bouche.

Pro Equis Flandriæ qui sunt oris duri, ut ualde oblectentur mandentes frena.




Pour vne mauluaiſe bonche qui ne veult point de fer.

Pro oris duri Equo qui non incedit ſuauiter.




Pour vng cheual qui ioue
des mandibules.

Pro Equo qui ludit mandibulis.




Pour vng turc.

Pro Equis turcis.




Espaigne.

Pro Genetis Hispanicis.




Courtault.

Pro Equo mediæ staturæ.




Pour vng turc.

Pro Equo turco.




Pour vng cheual qui tire
la langue dehors.

Pro Equo qui excrit linguam.




Pour vne Iument

Pro Equa.




Pour plaiſir.

Pro uoluptate.




Pour tous les dyables.

Pro quibusuis Equis durißimis, quos Galli diabolos uocant.




Pour desarmer.

Ne Equi sibimet rodant uel lædant mandibulas, præsertim cum sint stricti oris.




Pour Plaisir.

Pro uoluptate.




Pour plaisir.

Animi causa.




Pour plaisir.

Ad uoluptatem.




Pour haulſer.

Ad eleuandum.




Pour vne bouche peu fandue.

Pro Equo habente os parum fissum.




Pour vug Rouſſin.

Pro Equo qui gallicè dicitur Rouſſin.



Pour vng courtault pour desarmer.

Pro Equo mediocri qui rodit sibi mandibulas.



Pour vng rouffin pour defarmer.

Pro Equo roußino qui rodit ſibi mandibulas.



Pour vng dyable.

Pro Equo qui dicitur diabolus, & qui est oris adprime duri.

Quòd ducendus sit Equus per loca ubi sunt sonitus, & strepitus, Cap. XXXVI.



Quus postquam frenum sibi congruum habet, frequenter equitetur moderatè, & sine violento cursu, per ciuitatem, & specialiter per loca vbi fabri morãtur, vel pelliparii, siue vbi sit sonitus, strepitus, et tumultus: maiorem enim audaciam, & securitatem ob hoc Equus assumet, minusq́ efficietur pauidus strepitibus, sonitibus, vel tumultibus concurrendo. Si verò per prędicta loca transilire trepidauerit, aut pauescat, sæuis virgę verberibus, aut calcaribus non cogatur: sed lenibus verberibus, & blandiendo ducatur: nam imaginaretur semper, molimina, seu verbera facta contingere ex strepitu, sonitu, vel tumultu, & sic Equus pauidus, vel attonitus deueniret.

Quòd equitans frequenter ascendat, & descendat de Equo, Cap. XXXVII.



Portet autem equitantem (vt Equus in disciplina melius informetur) frequenter in die Equum ascendere, & descendere leuiter, & suauiter, iuxta posse, vt assuescat in ascẽdẽdo, & descendendo stare sub eo pacificè & quietè: custodiatur verò Equus secundum prædictam disciplinam donec eius dentes perfectè fuerint immutati: hoc autem erit postquam Equus perfecerit quintum annum.

Quæ in pullis bonæ indolis considerari possint, Cap. XXXVIII.



N pullis meritò ea cõsideranda, sunt quæ signũ bonæ indolis demonstrant. Considerandum igitur est primò quòd sint hilares, alacres, & agiles. Item quòd habeant corpora magna, musculosa, & arguta. Item quòd habeãt testiculos pares, & exiguos. Item in pullis præcipuè considerar: debemus mores, & merita parentum: vel vt ex summa quiete facile conciteentur, vel ex festinatione incitata non difficile teneantur.

Aetas Equi qualiter cognoscatur secundum dentes, Cap. XXXIX.



Onsideratio in Equis talis est de ætate, Postquam Equus fuerit duorum annorum & sex mensium, incipiunt ei cadere supra dentes medii superiores, & mutantur sicut mutantur dentes caniculi. Postmodum singulis annis mutantur alii dentes eodem modo, vsque ad quintum annum. In quinto anno dentes quos primo mutauerat exæquat. In septimo anno omnes eius dentes explentur, & tunc bono modo ætas in Equo cognosci non potest, sed latent ætatis notæ. Veruntamen postquam senescere incipiunt, consueuerunt tempora curuari, supercilia canescere, dentes plurimũ augmentari & præeminere.

De extrahendis Equo dentibus qui dicuntur scalliones, Cap. XL.



Via difficile, imò quasi impossibile est, Equum aliquem habere bonum os perfectè, nisi extrahantur sibi dentes, qui dicuntur scalliones & plani (Equus enim postquam fuerit calefactus, si dictos dentes habuerit, difficulter per sessorem poterit retineri) idcirco vtile est, vt supradicti dentes quatuor postquam annorum trium cum dimidio Equi ætatem exegerint, radicitus extrahantur. Igitur prout salubrius fieri potest, de maxilla inferiori, quatuor prædicti dentes, duo ex vna parte maxillæ, & duo ex alia, cum ferris ad hoc aptis, & cautela adhibita sufficienti extrahantur: duo

autem

autem ex ipsis dentibus scalliones, & duo plani vulgariter nuncupantur, morsum freni plurimum auersantes: extractis Equo dictis quatuor dentibus, antequam Equus dissoluatur, debent eius vulnera cum sale aliquantulum trito, diu & bene fricari. Deinde non debet os Equi tangi vsque ad triduum, & ponatur in stabulo bene clauso, ita quòd à vento lædi non possit: & ex tunc quotidie postquam Equus biberit, purgatis primitus vlceribus ipsius ab immundiciis quę ibidem remanserunt de pastu suo, cum sale trito dicta vlcera bene fricentur: nam fricatio cum sale, non permittit ibidem crescere malam carnem, & si quando creuerit scarificetur caro mala cum vnguibus, & desuper fricetur sale: alii lauant prius vlcera vino tepido tantum: alii superaddunt mel, & piper, & postea fricant cum sale: alii lauant solum cum vino, & melle, et non ponunt sal, sed fricatio talis, si est cum lotione vini, est melior. Attendatur tamen, quòd antequam vulnera Equi solidata fuerint, semper antequam frenum ponatur Equo, purgentur suauiter cum digito, eius vulnera, vt prædixi. Si verò hactenus Equus os durum, vel forte habuerit, permittantur prius eius vulnera aliquantulum consolidari. Postea verò frenum quod scallionatis Equis competit (vt supra in rubrica de formis frenorum posui) immittatur eidem. Si verò os tenerum, & non durum Equus habuerit, secunda, vel tertia die euulsionis dentium, sibi frenum competens similiter imponatur, & equitetur quotidie affrenando vt decet, tamen moderatè sicut expedit galopando. Ideo autem dixi suprà, quòd si Equus durum os habuerit, consolidari aliquãtulum permittantur oris vulnera, quoniam carnes nouæ in vulnere citius quàm vetustæ rumpuntur, & ideo Equus frenum magis timet, propter teneritatem vulnerum satisfaciendo potius equitãti. Quod autem dixi, si habuerit os molle, secunda, vel tertia die euulsionis dentiũ equitẽt, causa est: quia subtus frenũ vulnera dentium solidantur, & eo iugiter conscendẽdo, carnes callosæ, ac duræ in posterum in vulneribus generantur, vnde os Equi habilius ad affrenandum paratur. Et quia verò os Equi debet esse magnum, & bene fixum, nec nimis durum, nec nimis molle, sed medium tenere vtriusque, patet satis ex his quæ dicta sunt, quòd Equi perfectè affrenari non possunt, maxime quum solidum os habeant, nisi quatuor dentes (vt dictum est) sibi primitus extirpentur: & in hoc Equus alias vtilitates consequitur, vt experientia sæpe inuenitur: nam propter euulsionem dentium sæpe efficitur pinguior, & grossior corpore: quia furorem, ferocitatem & superbiam ob hoc amittit. Dentium autem extirpatione facta, (vt dictum est) equitetur ad saltus paruulos, remouendo necnon Equis obuiando, sæpius intrãdo, & exeũdo, vt discat, & assuescat audaciter discedere ab eisdem, frenum mediocriter forte, vel fortius immutando, donec sibi congruum inueniatur. Cauendum tamen est, ꝙ inuento freno habili & congruo, Equo, nullum sibi aliud extunc immittatur: quoniam post extirpationem dentium, ex crebra frenorum mutatione, ora Equorum solent leuiter deuastari. Sed vbi Equus se habuerit, vt dictum est, congruè ad frenũ totaliter, ita ꝙ ex longo & frequenti vsu, artem, & modum nouerit affrenandi, subsequenter ipsum ad currendum assuescere oportebit. Curratur Equus summo mane, semel pro qualibet

ſeptimana per viam planam bene, & aliquantulum arenoſam. In principio ſui curſus per ſpacium quartæ partis vnius miliaris, & poſtea ſi libuerit per vnum miliare, amplius etiam poterit augmentari: Sciendum eſt tamen quòd quanto frequentius, & moderatius currit Equus, tanto fit celerior & agilior curſu, conſuetudine miniſtrante. Vnum tamen contrarium ex curſus nimii frequentatione contingit, quoniam fiet inde flagrantior Equus & impatiens, & quandoque retrogradus, ſi indebite feſtinatur ad curſum, & aſſuetæ affrenationis maximam partem amittet. Poſtq̃ verò bene doctus & aſſuetus Equus in affrenando fuerit, non diu maneat in quiete: quia longa quies deſidiam parit, & eorum quibus artificialiter doctus fuerat & inſtructus, obliuionem. Vnde non pigeat equitantem facere ipſum ſaltare, gallopare, ac currere moderatè, vt ſemper in acquiſita bonitate & diſciplina conſiſtat.

De ſanguine ſuperabundante, Cap. XLI.



QVando ſanguis ſuperabundat in Equo, ſigna ſunt iſta, Multum libenter ſe fricat, & egeſtationes habet multũ fœtidas, vrina eius rubea, ſpiſſa & fœtida: oculi ſanguinei, turbidi et lachrymoſi: interdum minus ſolito comedit: interdum per ipſius corpus naſcuntur puſtulę, ſiue minimæ inflationes. Cura, Si prædicta ſigna appareant de vena quæ eſt in medio collo, ſecundum fortitudinem & ætatem minuatur, vſq; ad pondus triũ vel quatuor librarum. Si debilis eſt, & pullus minuatur ad pondus vnius & dimidiæ, vel duarum librarum tantum. Si negligatur hoc, multa inde mala euenient, videlicet ſcabies aliquando cutem occupat, interdum ſarcina quando in carne vagatur cutem perforat, & ſcias ꝙ ægritudines prouenientes ex ſanguine ſunt contagioſæ.

Quoties in anno ſit Equus flebotomandus, Cap. XLII.



QVater autem in anno pro conſeruanda ſanitate flebotomandus eſt Equus, à vena colli videlicet aſſueta. Primò veris tempore ſemel: Secundò in æſtate: Tertiò in autumno: Quartò in hyeme. Magiſter Maurus dicit, ꝙ Equus vt præſeruetur à diuerſis & variis infirmitatibus, debet ad minus ter in anno minui, videlicet, Primò circa finem Aprilis: quia tunc incipit ſanguis multiplicari. Secundò circa principium Septembris, vt ſanguis inæqualitate accenſus, euaporet. Tertiò circa medium Decembris, ad hoc vt ſanguis in eo congregatus, & groſſus exeat. Et tamen ſcire debes quòd hæc iuxta qualitatem Equorum, & locorum vbi morantur immutari debent & poſſunt. Signa per quæ ſcire poteris an Equus indigeat minutione ſunt iſta, Primò ſi Equo rubeant oculi, Item ſi venæ in corpore inflentur plus ſolito, Item pruritus cutis & crinium, Item caſus crinium, Item quando per dorſum Equi naſcuntur aliquæ inflationes rubeæ, Item quando Equus male digerit. Et quia ex his naſcuntur Equis diuerſæ & periculoſæ ægritudines, non debes eſſe negligens ad obſtandum principiis. Fac ergo minutionem de vena organica Equi, quæ eſt in collo, & extrahatur ſanguis in bona quantitate iuxta virtutem & vires Equi. Nota ꝙ ſi vena Equi infletur, quando fit flebotomia, debent ſuperponi folia vitis albæ cocta, & ſtatim deinflatur vena Equi.

De fluxu sanguinis de plaga animalis, & si sequatur emorrogia, Cap. XLIII.



I sanguis fluxerit à plaga animalis, remedia subscripta fieri possunt, Recipe filtrum & combure in aliquo vase, deinde filtrum sic combustum madefacias, seu fundas in succo vrticæ: postmodum sic infusum supra locum ponas & liges, & per tres dies non remoueatur. Item ad idem valet emplastrum factum de vrticis & superpositum, & ligatum per tres dies vt suprà. Item ad idem valet, si dum calida sunt stercora asinina vel equina apponantur, & desuper strictè ligentur, & per tres dies in loco permanserint vt suprà. Item si vena incisa fuerit ex trãsuerso, ita ꝙ sequuta fuerit emorrogia, puluis pãni vel serici combusti superponatur, quia restringit sanguinem. Item ad idem, Recipe aloës, galbani, picis, resinę, masticis, olibani, myrrhę, lithargyri, sæpi arietini, cæræ & olei oliuarum, ex quibus fiat vnguentum, & sæpe inungantur loca & sanabuntur. Et scias quòd hoc vltimum valet ad tineam. Item ad idem, Recipe fungum quem Vestitam lupi vulgus vocat, vel puluerem fungi prædicti, deinde cum stercore porci gramina pascentis bene conteratur, & exinde emplastrum fiat, quod super plagam calidum apponatur & ligetur, & vsque ad tres dies non remoueatur.

De restringentibus fluxum sanguinis, Cap. XLIIII.



D restringendum fluxũ sanguinis facias tale emplastrũ, Redde thuris partes duas, Aloës hepatici partem tertiam, quæ puluerisentur simul vt expedit, & agitentur cum sufficienti albumine oui, immistis sufficientibus pilis leporis, & postmodum supra venam seu vulnus abundanter immittatur. Item ad idem valet gypsum cum calce & granulis vuarum bene tritis mixtum. Item ad idem valet stercus equinum recens, cum creta & aceto fortissimo mixtum, & agitatum. Et nota quòd prædictę medicinæ ad sanguinem restringendum, vsque ad tertium diem non debent à vulnere remoueri: postmodum curatur vulnus, sicut infra in Capitulo de verme dicetur. Scire tamen debes quòd interim seconibus comestione equitatione vel loco frigido vt ibi continetur vti non debent, sed caueant ab eisdem. Item alia cura ad restringendum sanguinem, Minuatur Equus de vena contraria, ex contraria parte, siue fuerit in tibia siue in collo vel in alia parte corporis, sic vt fluxus sanguinis fluat ad aliam partem: deinde stercus equinum comburatur cum filtro, & super vulnus seu venam ponatur. Item ad idem valet raphanum cum vrtica & sale mixtum & bene tritum & suprapositum. Item ad idem valet puluis cinnamomi, & garyophyllorum cum landano liquefactus seu distemperatus & superpositus, Item ad idem magis efficax remedium, Recipe aliquantulum de serico vsto seu combusto, & supra venam ponatur, deinde colofonia desuper liquefiat: postmodum fiat corium crudum leue desuper, & vsque ad aliquos dies ab execatione caueatur. Ad idem valet puluis panni combusti, & superponatur: quia vehementer sanguinem restringit.

De ferratione seu laqueatione uenarum, Cap. XLV.

IN ferratione venarum seu laqueatione scindatur corium in longitudine venarum, & in linea vena leniter sursum eleuetur, deinde cum filo torto & duplicato vena nodetur, seu ligetur à duabus partibus, & inter vtrumque nodum seu ligaturam inscindatur vena, seu serretur iuxta nodum, ligatis capitibus prius cum filo molli & forti, ne fiat fluxus sanguinis, & perinde filum permittatur pendere foras, vt nodus fili leuiter trahi possit. Si verò necessitas animalis exegerit q sanguis fluat, ex capite illo quod venit à corpore permittatur fluere, altero ligato.

Qui morbi dicantur naturales, Cap. XLVI.

MOrbi naturales dicuntur tales, qui nascuntur & contingunt in ventre matris, cum quibus animal nascitur, non habentes causam exteriorem vnde fiant, sed aut errore naturæ, aut ipsius defectu, vel ex impuritate spermatis, aut sanguinis ex quo fœtus formatur, aut vitio morbidorum parentum contingunt.

Qui morbi fiant ex augmento, Cap. XLVII.

NAturalium morborum, quidam proueniunt ex augmento, quidam ex diminutione, quidam errore naturæ, quidam ex parentibus. Sed primò de his qui ex augmento proueniunt est tractandum: quoniam augmentum significat habitum, diminutio priuationē habitus, aut priuationem. Dicimus ergo quòd morbi qui sunt ex augmēto, alii sunt ex habundantia spermatis, & sanguinis vnde fœtus formatur, prius non peccans nisi in habundantia, & transit in naturam membrorum augens membra in numero vel forma: in numero quādo nascitur animal cum duobus capitibus, vel duabus caudis, vel similibus his. Alii sunt ex materia corrupta in natura superhabundante, aut in sanguine vnde formatur fœtus, & spermate, aut in nutrimenti corruptione: & hæc materia non trāsit in naturam membrorum, quoniam innaturalis est: sed generantur ex ea scorfulæ, testudines, glandulæ, & his similia.

Qui morbi fiant ex diminutione, Cap. XLVIII.

QVi morbi fiunt ex diminutione proueniunt ex defectu naturæ, defectu generantis, & hi sunt, quando animal nascitur cum diminutione membrorum totius, aut partis. Totius, quum ex toto deficit sibi membrum, scilicet quādo nascitur sine auriculis, & cęcus, & his similibus. Partis, quum membrum fuerit diminutum in parte quantitatis naturalis, scilicet vel quādo naris, vel oculus, vel testiculus est minor altero, aut hancha vna minor altera, scilicet curtior, vnde totum diminuitur: & Equus hoc patiens dicitur sculmacus.

Qui morbi fiant ex errore naturæ, Cap. XLIX.

EX errore naturæ qui fiunt morbi sunt qui proueniūt quando natura errat in formatione fœtus, scilicet cum nascitur Equus cum cruribus obliquis, vel vngulis in anteriori vel posteriori parte, aut in vtroque, aut cum membrum aliquod non habet locum naturalem.

Qui morbi contingant ex uitio parentum, Cap. L.


Orbi qui proueniunt ex parentum vitio sunt illi qui contingunt ex parentibus morbidis vel vitiosis: nam morbidi & vitiosi si qui si contingat eos gignere, generant filios ipsis morbis & vitiis irretitos. Nam cum sperma parentum corruptum sit, necessarium est quòd ex quo corruptum in corpore producitur, quod ex eo gignitur sit corruptum. Vnde gerdæ & guttæ & alia vitia ex corruptione spermatis nata, in filiis inde procedentibus indicantur.

De uarietate oculorum & pilorum, Cap. LI.


Colorum varietas & pilorũ color diuersus, mutari non possunt: quia contingunt in ipsa generatione in prima materia, vnde semper permanent secundum idem, vt videlicet quum vnus oculus fuerit albi coloris & alius nigri: & vnus albus & alius varius, & his similes: quia hoc accidit propter naturæ diuersitatẽ. Similiter etiã varietates pilorũ accidũt in colore. Diuersa nãq; materia currẽs ad loca diuersa diuersitatẽ efficit in colore.

De infirmitatibus oculorum, Cap. LII.


Ccidũt Equo pluries infirmitates in oculis. Aliquãdo lachrymæ, aliquando caligatio, aliquando rubedo, aliquãdo nubes, aliquando pãnus, aliquando macula, aliquando vngula, quæ fiunt ex humoribus confluentibus ad locum. Fiunt etiam alii ex causa intrinseca, vel ex frigiditate vel ex caliditate humores dissoluente. Aliquando ex causa extrinseca, vt ex percussione.

De lachrymis oculorum & eorum cura, Cap. LIII.


Ccidit frequenter in Equo effusio lachrymarũ immoderata, ita quòd vix oculos aperire potest. Aliquando autem hoc accidit ex percussione aliqua, aliquando ex aliqua confricatione, & aliquando ex humoribus cõfluentibus ad oculos. Cura, Fiat strictorium in frõte patientis, scilicet de olibano & mastice paluerisatis, æquali pondere sumptis, & cum oui albumine agitatis, et ponatur suprà vna pecia lata quatuor digitis, et ab vno tempore vsq; ad aliud per mediũ frontis protendatur, abraso tamen loco proptimè vbi strictorium debet poni, & tam diu teneat strictoriũ patiens, donec oculi destiterint lachrymari: cum verò strictorium eleuari debuerit cum aqua calida & oleo leniter eleuetur. Ad idem valet si ambæ venę vtrorumq; timporum igne torqueantur. Item ad idem, Quocũq; modo accidat effusio lachrymarum, abluantur ter in die oculi vino albo purissimo, deinde qualibet vice cum camillo puluis tartari & ossis sepiæ in oculum proiiciatur. Item ad idem, Vitellũ oui elixum, mixtum cum modico cimini, ligetur sup oculum per vnam noctem, vel plus si necesse fuerit, & fluxus lachrymarum cessabit. Item hedera terrestris cum cæra cataplasmata idem operatur.

De caligine oculorum, Cap. LIIII.


I oculi caligarint aut ex percussione aut ex rheumate superuenięte, apponantur asteletę sub ambobus oculis quatuor, bene occultę deorsum, & deinde sal tritum in oculos cum quodã camillo immittatur.

De ca



Ritur quandoque in oculis quidam panniculus albus,qui etiam pupillam oculi occupat,& visum obũbrat. Cura,Si pãnus fuerit in oculo siue recens siue antiquus, accipiatur os sepiæ, tartarum,& salgemma in æquali pódere,& subtiliter terãtur ad inuicem,& postmodum in oculo cum camillo immittatur, & hoc fiat bis in die ad minus.Item ad pannum & caliginem oculorum,Recipe puluerem ossis sepiæ & tartarum añ.& simul bene tere,deinde cum camillo in oculo insuffletur. Item ad pannum,& caliginem & omnem coopertură oculorum , Recipe puluerem tartari crudi cum camillo,insuffla in oculum,& curabitur Equus. Item ad idem valet salgemma mixtum cum stercore lacertarum añ . & sit stercus album & tritum insimul & in oculos suffletur bis in die cum camillo . Cauendum tamen est , ne de dicto puluere superfluè in oculũ ponas:quia ex hoc possent oculi desiccari & offendi. Item ad idem, Si pannus fuerit vetustus,bis vel ter prius cum pinguedine vetustæ gallinæ oculus inungatur : ita quòd dicta pinguedo tangat pannum oculi. Deinde pulueres proximè dicti in oculo immittantur per modum iam dictum. Item ad idem,Accipe panem porcinum & hederam terrestrem,& pista bene simul,postmodum recipe lixiuium , & misce cum vrina infantis virginis: deinde cola cum panno lineo omnia bene , & colaturam donec fuerit liberatus mitte in oculis bis in die. Item ad idem, Puluerem cape ossis sepiæ cũ aloe, & insimul misce & tere , deinde dictus puluis in oculo cum camillo immittatur. Item ad idem, Succus radicis chelidoniæ & radicis rutæ mirabiliter corrodunt dictum panniculum . Item ad idem,Recipe viride gris & tere bene super marmor,deinde cum vino misce ad modum minii : deinde sic mixtum ad modum collyrii per noctem dimittatur,postmodum in oculo ponatur : corrodet enim pannum oculi vehementer.Item ad idem,Fac modicum foramẽ in ouo,& extracto quicquid est intus impleas ipsum de pipere, & pone in olla & claudas ipsam taliter quòd nihil aliud possit ingredi,& dictam ollam sic clausam intromittas in furno ardẽti,& permittas ibi stare donec candescat,postmodũ extrahas inde ouum istud,& fac puluerem,et de dicto puluere insuffla in oculũ cum camillo Item ad panniculũ,Ille cum acu eburnea aliquantulum eleuetur,deinde ferro circũcirca incidatur, postmodum puluis cimini cum camillo superaspergatur . Item si Equus ex aliquo accidenti visum amiserit , pone ferrum candens sub oculis ad latitudinem pollicis,ita quòd ferrũ trãseat vsque ad os,& respiraculum faciat per quod aër exeat & sanabitur. Cura probata ad pannum oculorum, Recipe silicem nigrum viuum de quo Romani sternunt strata, & puluerisa intantum quòd transeat per pannum subtilem,& dictum puluerem cum camillo insuffla in oculo bis in die ad minus donec curetur. Si vis facere subtiliorem puluerem, pone ipsum in scutella noua lignea,& munda ipsum per scutellam , deinde extrahas ex scutella , id modicum quod adhæsit scutellæ remoueas ventriculo digiti : & hic puluis sic subtilis,est medicina probata ad pannos oculorum etiam in hominibus.

De ungula oculorum. Cap. LVI.


Ritur etiam in oculis Equorum quædā cartilago, quæ à quibusdam dicitur vngula, quæ frequēter medium oculorum occupat. Cura, Vngulam illam cum acu eburnea eleuabis, postmodum ferro vel tenaculis, vt dixi suprà in capitulo proximo, incidatur. Item ad idem, Lacerta viridis pulueriſetur cum puluere arſenici, deinde ſuperponatur: corrodit enim vehementer vngulam, & hoc eſt expertiſſimum contra albulā oculorum, maximè ſi fuerit intra annum.

De ſanguine qui apparet in oculis Equorum, Cap. LVII.


N oculo Equi ſanguis ſi apparet, cum clara oui appoſita ipſum poteris remouere. Item ad idem valet ſuccus chelidoniæ. Item ad idem valent ſummitates veprium coctæ in albo vino bono forti & puriſſimo.

Contra maculam Equorum, Cap. LVIII.


I Equus in oculo maculam patiatur, accipe os ſepię, tartarum, & piper æqualiter, & modicum ſalis, quæ omnia pulueriſa ſubtiliſſimè, & miſce cum melle ſufficienti in teſta oui: poſtea ponas ad cinerem calidum, vel ad ſolem vt calefiat, & ex hoc vnguento vñgatur oculus cum aliqua penna.

Ad oculum percuſſum, Cap. LIX.


Culus percuſſus ſi fuerit, accipe panem & extrahe inde micam, & imple cruſtam carbonibus accenſis, donec comburatur interius: Poſtmodum pone in vino albo dictam cruſtam, & ſuperpone oculo, & hoc facias ſæpe: poſtea fac ſaponatam de ſapone in aqua frigida, & cum ipſa laua ſupercilium oculi, & ſi non receſſerit, minue de vena capitis quæ vadit ad collum.

Ad confricationem oculorum, Cap. LX.


Vm oculus fuerit confricatus, primo minue Equum de vena oculi, poſtea laua oculum cum ſaponata frigida, & poſtea ponatur ſtelletta ſub oculo.

Contra ruborem & dolorem oculorum, Cap. LXI.


Nguentum rubeum contra oculorum ruborem, & dolorem, ſanguinem, & panniculū, maximè ſi fuerit ex frigida cauſa, vel ex percuſſione ſi contigerit, vel quocunque modo fiat, Recipe ſinopidis tritæ ſubtiliſſimè, & pone in aliquo vaſe æreo, vt ſint ſinopidis. ℥. i. farinæ frumenti ſubtiliſſimè terebrati. ℥. x. Tere per ſe primò ſinopidem, & diſtempera diligenter cum aqua. Deinde accipe farinā tritici ſupradictam diligenter mūdatam, & ſubtiliſſimè cribratam, & diligēter cum ſinopide diſtemperata in aqua, ad modū liquidiſſimi vnguenti conficias, & ex tali confectione impleas dimidietatem vaſis, deinde de bono & puro melle vas impleas, poſtea diligenter ad lentum ignem decoque cum ſpatula agitando, & bene commiſcendo, & hoc fiat vſque ad ſpiſſitudinem.

De

De Vuulis Equorum, Cap. LXII.



Vnt & aliæ glandulæ quæ iacent inter collum & caput Equi, quæ intantum aliquando augmentãtur ex superfluorum humorum, & reumatis interuentu, quod meatus gutturis taliter distringũtur, quòd vix patiens deglutire potest, vel bibere aut comedere seu etiam respirare: vnde nisi succurratur instanter clauduntur arteriæ gutturis, & suffocatur patiens, & cogitur proiicere se in terram, tantum caput percutiendo ibidem, quòd vix vnquam erigitur. Hic autem morbus, morbilli seu vuulæ nuncupatur. Signa verò ad cognoscendam dictam infirmitatem sunt ista, videlicet aures continuò concutientes, & tactum ibidem effugiunt. Item illæ glandulæ tactui, quandoque visui patent. Item quod eis apponitur lambunt. Item sitim immoderatam patiuntur, nihil aut parum comedunt. Item quandoque tremorem patiuntur, calore vniuersali infestantur. Cura quòd statim quòd vuulæ incipiunt inflari, ita quòd appareãt in aliqua grossicie sicut oua, plus vel minus, ferro cuspido bene ignito funditus decoquantur, vel cum lancetta per longum funditus incidantur, aut (quod melius est) sicut vermis, cautè radicitus extirpentur, tam ex vna parte maxillarum quàm ex alia, sicut videbitur expedire. Extirpatis autem vuulis, vulnera medicentur, & curentur sicut vulnera vermium, vt in capitulo de verme dicetur. Item alia cura, Fiat diminutio de vena quæ est sub lingua, & de vena colli secũdum multos, postea fiat emplastrum desuper de malua, visco & semine lini: deinde inungatur locus de butyro, & vnguẽto dialthæę, deinde cum incipient mollefieri, subalari, seu stilo argẽteo feruente morbilli, seu vuulæ perforẽtur, & in quolibet foramine stupinum, siue textum imponatur. Et sic procura sanare vlcera, & infirmitatem prædictam.

De stranguillione & eius cura. Cap. LXIII.



Iunt quædam glandulæ circa gulam Equorum, quæ videntur esse carnes, quas aliqui vocant branchos caballi, alii stranguilliones. Hæ branchant gulam, & mandibulas, ita quòd cum gurgulatione quadam spirant Equi & vix transglutiunt, & caput portant erectum, ita quòd inflatio manifeste apparet in gutture: & aliquando tales glandulæ inflantur nimis, & ingrossantur intantum, quòd guttur totũ inflatur, & constringuntur meatus, ita quòd vix Equus respirare potest, & Equus male comedit, & bibit male. Fit autem hæc fluxio propter passionem humorum, à capite ad dictas glandulas. Cura, Si ætas permiserit, fiat minutio de vena organica: quod ideo dico, quia hæc passio valde familiaris est Equis pullis, in quibus est humiditas valde fluxilis, & a debili calore de facili dissoluitur, quæ putredini est amica: facta igitur minutione, fiant emplastra ad maturandum, & dissoluendum de malua, & semine lini, ruta, absynthio, & hedera terrestri, & de his omnibus fiat embrocatio. Postea fiat immixtio de oleo laurino bullito, & dialthæa iuxta ignem. Item bibat aquam tepidam mixtam cum farina, postea fiat cataplasma vel emplastrum cum cancabro, siue furfure decreto in vino, & superponatur gutturi. Postquàm autem inceperit mollificari, & maturari, ita quòd ad semen deueniat, purgatur cum aliquo instrumento ad hoc apto, vt cum subula, vel melius

vel melius cum lanceola,& moderatum exercitium ei inducatur. Item ad idem, Statim quòd dictæ glandulę videntur sub gutture Equi subitò crescere, vel plus solito augmentari, ponantur secones sub gutture Equi, ducendo eos mane, & serò prout videbitur expedire. Imponatur postea in capite Equi coopertura linea, vngendo sæpius totum guttur butyro, & specialiter totum locum strangullionis, & moretur in loco semper calido. Item aliud, Si dictę glandulæ non decrescant inde, Si per agitationem seconum dictæ glandulæ non decrescant, ad modum vermis radicitus dictæ glandulæ extirpetur, & vulnus curetur, sicut vulnus vermis, vt infrà in capitulo de verme potest videri. Item potest strangullio extrahi vel extirpari cum resalgari, per eundem modum per quem extirpantur gallæ, vt infrà in capitulo de gallis dicetur. Sciendum est autem ꝙ puluis resalgaris, in quacũque incisione crurium, vel ruptura ponatur moderatè, carnes corrodit, & comedit velut ignis: vnde magna est in eius appositione adhibenda cautela, quia si apponatur immoderatè, mirabiliter carnes funditus corrodit.

De malo oris Equi. Cap. LXIIII.

Ccidit aliquando quòd in ore Equi fiunt quædam tumefactiónes, vel glandulæ longæ ad magnitudinem amygdalarum, propter quãdam infirmitatem quæ nascitur in ore Equi, & fiunt in vtrisq; maxillis intrinsecus intantum coartantes, & detinentes maxillas, quòd more solito eas per comestionem ducere nõ potest. Et quia occasione prædicta totum os inflatur interius, palatum similiter tumescit intantum quòd vix comedere potest, nec tentare audet: & hæc infirmitas dicitur Malum oris. Cura, Si totum os vniuersaliter infletur, statim flebotometur in lingua, hoc est, de venis quæ sunt sub lingua, aperto tamen ore patientis artificialiter, prout videbitur expedire. Euacuato autem sanguine, prout poterit, accipiatur de sale in bona quantitate, & tantundem de tartaro, & terantur ad inuicem, & de eisdem bene tritis fricetur fortiter totum os patientis intrinsecus, infuso prius sufficienter de sale & tartaro in vino fortissimo vel aceto. Si verò propter minutionem & alia suprà dicta intra os dictæ glandulæ non decrescant, aperto ore Equi, vt suprà dictum est, illæ glandulæ ab vtraque parte maxillarum funditus incidantur cum aliquo vnco paruo ferreo carpendo easdem. Et ipsis incisis vel decenter exterius extirpatis, statim fricentur vulnera cum sale, tartaro, & aceto. Si autem adhuc Equus inflatum palatum habuerit inflatio ipsa cum lancea bene cuspida scindatur per longum, deinde fricentur palati vulnera cum sale trito fortiter, & sic liberabitur Equus.

De palatina, Cap. LXV.

Ccidit aliquando quòd in palato Equi nascitur infirmitas, quæ vulgariter dicitur Palatina. Apparẽt enim quidam sulci in palato Equi, concaui siue profundi, & sanguinolenti, & quædam scissio siue incisio manifesta: quæ contingit, quòd ex comestione escæ, seu annonæ aristosæ quæ palatum tangit, & pungit facit in palato Equi nasci hunc morbum: vel contingit ex flegmate ibidem existente: & facta fricatione quousque sanguis exeat, inungatur palatum cum melle bullito cum cæpe, & caseo assato.

Item ad

Item ad idem, Fiat ſcarificatio cum ferro minutiſſimo vt humor groſſus liberè educatur: & poſtmodum ſupradicta adiutoria fiant ſcilicet ablutio & minutio.

De Lampaſco, Cap. LXVI.



Ampaſcus eſt infirmitas quæ in ſuperiori parte oris & ſuper dentes ex ſanguinis habundantia fit: cognoſcitur ſic, Sulci qui ſunt inter anteriores dentes cum tumore ſupereminent, ita φ eſcam tenere non poteſt, ſed flataturam & motuellatam dimittit cadere de ore. Cura, Habeas falcem vnam curuam ad modum literæ C, bene acutam, quam bene calefacias, deinde cum dicta falce ſecetur inflatura duorum priorum radiorum, hoc eſt fulcrorum, aduerſus anteriores dentes, tantum extrahendo, quantum falx ſemel capere poteſt. Quòd ſi infirmitas ſit noua & cum paruo tumore, tunc de tertio ſulco inter anteriores dêtes cum ferro acutiſſimo minuatur, vel ſulcus ille per medium vt ſanguis exeat, incidatur.

De Floncellis, Cap. LXVII.



Loncellæ ſunt infirmitates, hoc eſt, inflationes molles & paruæ, & in medio nigreſcunt, quæ ſunt infra os Equi in labio contra molares dentes, quæ ex comeſtione gelidæ herbæ, vel attractione aſperi pulueris ſuper labia, & maxillas demorantis naſcuntur, eſcam ſuam cadere cogunt. Cura, Floncellæ percutiantur in medio inflationis cutis, & foras extrahantur ſicut lampaſcus cum ferro gracili ignito vel acuto in ſummitate, ſicut puncta ſtili, & cum cultello bene acuto tota ſummitas floncellæ in modum literæ O, ſiue in modum camilli incidatur.

De leſione linguæ Equorum, Cap. LXVIII.



Alum linguæ contingit diuerſis ex cauſis & fiunt ibi multa vlcera & diuerſa. Aliquando læditur ex morſu dentium. Aliquando læditur ex morſu freni. Aliquando læditur ex quadam infirmitate quæ dicitur pinzaneze, vnde ſatis Equus affligitur, & magnam partem comeſtionis amittit. Cura, Si læditur lingua ex tranſuerſo à dentibus vel à freno citra, vel vltra medietatem linguę, reliquum linguæ penitus incidatur: quoniam læſio illa incurabilis quaſi fore decernitur, & parum Equus exinde deterioratur, ſi partem aliam linguæ perdat. Si verò læſio illa ſit tantum trãſuerſalis & parua, vel fuerit longa ſeu in longũ pertracta, tunc ſiue extiterit magna vel parua, fiat tale vnguentum, Recipe mellis rubei, & medullarum carnium porci ſaliti añ. & aliquantulum calcis viuæ, tantundem piperis puluerisati, quæ omnia inſimul bulliant & adeo agitentur ſimul. quòd fiat ſicut vnguentum. De tali autem vnguẽto bis in die ſup vlcera linguæ ponatur, ablutis prius vlceribus vino tepido. Frenum verò vſque ad conſolidationem vlcerum, non imponatur Equo aliqua ratione: Prædicta verò cura fiat donec vlcera linguæ fuerint cõſolidata. Si autem malum fuerit linguæ, ex malo quod dicitur pinzaneze, curato morbo ſicut dicitur in capitulo de pinzaneze, quod ſuo loco ſubſcribam, vlcera linguæ curentur.

De barbulis

De barbulis sub lingua, Cap. LXIX.


Barbulæ sunt sub palato, sub lingua in modum siccæ mamillæ alicuius bestiolę, quę quando vltra tertiam partem grani frumenti in longitudine excrescūt, Equum comedere prohibent. Cura, Attrahantur barbulæ sursum à palato cum gracili ferro ignito & acuto, & forficibus iuxta palatum secentur.

De frigiditate capitis Equi, Cap. LXX.


Est quædam infirmitas Equi vniuersaliter dolores inferens, discordiones, siue stupefactiones inducens, tussim prouocans, oculos inflās, aliquādo eos lachrymare faciens, aliquādo cilia propulsare. Quæ infirmitas de leui Equo acciderit, cum in stabulo satis calido manens, ad ventum subitò trahitur, & aliquando contingit ex aliis superfluitatibus occasione aliqua contingentibus: vnde patiens tussire cogitur, & nuncupatur hęc passio frigiditas capitis. Cura qua huic infirmitati cōmodè subuenitur, Glādulę illæ quæ dicūtur Vuulę, adiacentes inter collum & caput, scilicet sub maxillis, funditus decoquātur cum ferro cuspido ipsas funditus perforando, & in medio frontis cum ferro rotundo similiter decoquantur, & humores ex frigiditate commoti exterius enaporent. Similiter setones sub patientis gutture supponantur, vt ex eorum agitatione dicti humores viam habeant exeundi. Teneat etiam patiens in capite continuè laneā coopertură: setones etiā in auriculas frequenter immittantur, fricando etiam eas exterius. Item ad idem, Ponatur oleum laurinum in vna pecia linea, & in freni morsu decenter ligetur, Equo semper cum tali freno bibente. Item ad idem, Sauuia ligetur in morsu freni, Equo bibente, quia mirabiliter operatur. Itē ad idē, Fumus pāni lineí cōbusti receptus per nares Equi mirabiliter iuuat. Itē ad idē, Recipe fœnigræci librā vnā, & facias bullire quousque crepet in aqua, postea misceas farinam frumenti in quantitate vnius vel duarū librarum cum aqua decoctionis prædicta ad modum lazatæ, & da Equo quotidie bis in die, & nihil aliud des ei bibere: deinde fœnūgræcū siccetur ad solem, & postea misceas cum annona, & des ei etiam comedere: fiat hoc nouem diebus & curabitur Equus, & efficietur magis pinguis & magis sanus. Item ad idem valet frumentum bene coctum impositum in sacculo intātum calidum, quantum Equus poterit sustinere, si ligetur ad caput Equi taliter positus, quòd ore & naribus intra sacculum per nares fumum recipiat, & de grano comedat si voluerit. Item ad idem valet frumentum cum pulegio, & sauuia decoctum, & per eundem modum in saccculo pręparatum, prius patiētis capite decenter cooperto. Item ad idem fiat tale fumigium, Recipe testudines siue tartarucas, & decoquantur optimè in aqua, deinde fumus earum recipiatur per os & nares Equi, prius capite bene cooperto. Item ad idem valet fumigium factum ex decoctione pulegii & sauuiæ, receptum per nares, prius capite bene cooperto. Item ad idem, Accipiatur pecia de lino, & strictè in capite alicuius baculi ligetur, & linatur sapone saracenico, & frequenter in nares Equi immittatur, quantum versus cerebrum magis leniter ire poterit, postea extrahatur: ex hoc enim sternutationes emittet cum superfluitatibus, & humoribus quæ

sunt

sunt in cerebro, quod suæ liberationis est causa: ex crebra enim sternutatione cerebrum purgatur, Item ad idem valet butyrum positum inter nares mixtum cum oleo laurino, custodiendo semper Equum à frigore & à frigidis cibis,& vtatur calidis, & bibat assiduè aquam bene coctam cum semine fœniculi, & modico vini, quæ parum tepefacta misceatur cum modica farina frumenti: & si Equus noluerit hanc aquam bibere, tamdiu maneat sine potu quousque vr gente siti totũ bibat. Potio vtilissima quæ valet tussientibus grauissimè,& stranguriosis ac cimorosis, Recipe cortices medianos arboris alni, quæ crescunt super ripas aquæ, & munda bene à superfluitatibus exterioribus, & impleas ex illis aliquam ollam nouam, & aquam claram in ipsam mitte, ita quòd cortices sint bene aqua cooperti,& bulliant vsq; ad cõsumptionen dimidiæ partis aquæ, & iterum olla impleatur aqua sicut prius, & bulliat vsque ad consumptionem dimidiæ partis aquæ: tertiò ponatur aqua vt supra, & bulliat vsque ad consumptionem prædictam: hoc facto, coletur per pannum vel staminеam,& cortices bene expressi proiiciantur,deinde misceantur ex illa colatura duę partes,& vna pars sagiminis lardi,vel butyri,& calefiãt. Ex tali commixtione tepida vnus cyathus cum cornu in gulam Equi mittatur,& vnus cyathus in narem Equi proiiciatur: Equus verò ventrem vacuũ ab esca,& potum habere debet quando datur sibi potus vel potio,postea per tres horas non bibat.nec comedat,iterum à frigore bene custodiatur, sicq; semel vel bis in die fiat per tres dies. Cressiones verò & aliæ herbæ calidæ, quæ calefacere ac attenuare possunt humores, dentur ad comedendum si fuerit æstas: sed si fuerit hyems, senationem, & pultem tepidam factam de furfure tritici, & aquam calidam bibat, & caueatur ab aqua frigida. Cum autem ex cimorra vel stranguria periclitatur & oppilatione narium, & nihil per os proiiciat,tunc cum supradicta mensura potionis tria cochlearia eiusdẽ liquoris tepidi,intra nares ipsius prima die proiiciantur,& duo cochlearia in secũda,& vnum in tertia immittatur. Caput verò Equi cum freno sursum teneatur, & baculus in ore teneatur, donec totus liquor per meatus narium in caput decurrat. Item ad idem,Inungas Equum in ventrem, iliis, & timporibus, talibus confectionibus, Recipe dialthæę. 3.6.olei laurini. 3.2. pyretri .3.5. hæc omnia conficiantur ad modum vnguenti, & vngatur Equus in locis prædictis bis in die, vsque ad quatuor vel quinque dies,quia curabitur si deus voluerit. Vnum medicamen non est prætermittendũ,quod nunquam me decepit,& est medicina ad Equum grauiter infrigidatum,Illud est vitalba,& aliud vitablones,sed vitablones competunt magis in isto casu, Accipe vitalbam, vel vitablones quod melius est & auferas inde frondes,quas abiicias, ramos autem dictæ vitalbæ, vel vitablonnm incide per mensuram vnius palmi, & facias talia frusta de vitalba, vel vitablonibus quod melius est, vsq; ad manipulos tres vel quatuor, quos frangas inter duos lapides bene, & ponas in vno sacculo lineo: deinde suspende dictum sacculum cum prædictis frustis sic confractis ad collum Equi,intromisso ore,ita quòd non possit comedere stipites illos cũ dentibus,& propter fumositatem illius herbę omnes humores mali exeũt foras. Hãc medicinã sic facies bis vel ter vel amplius,et hoc pluries sum expertus.

De

De Cymorra seu capitis morbo, Cap. LXXI.



Est quędam infirmitas Cymorra vulgariter dicta, descendēs à capite Equi diu infrigidati, proueniens ex cursu rheumatis exeuntis per nares continuè sicut aqua, humores frigidos educentis, & quandoq; etiam spissiores. Accidit autem hic morbus propter antiquam infrigiditatem, aliquādo propter vermē qui dicitur Volatilis: vnde ferè totam capitis humiditatem Equus amittit per nares. Et scire debes ꝙ inter omnes passiones, quæ propter distemperantiam qualitatum accidunt Equis, nulla est adeò periculosa, nec intantum suspecta sicut passio rheumatica, quæ ex frigiditate cōtingit: quod triplici ex causa prouenit, vel quia huiusmodi animalia meatuum habent amplitudinem, & humorum copiam: vnde frigiditas inuenies apertos liberè subintrat, & cerebrum cōstringens ipsum in humores facit distillare, qui ad spiritualia descendentes, ea replendo causa sunt suffocationis: vel quia frigidæ & siccæ sunt complexionis: vnde tam ex frigiditate cōplexiua quàm ex frigiditate aëris humores congelantur, & meatus similiter replendo, suffocationem operantur: vel quia frigiditas multum est intensa, vnde calorem naturalem paulatim conculcat, quo deficiente frigiditas mortificat, qualiter ergo fiat hæc passio ex prædictis manifestum est. Signa in hac passione sunt ista, Narium & aurium & extremitatum frigiditas, oculi graues, caput demissum, totius corporis grauitas, tussis concomitans, appetitus defectus, & maximè potus, tremor etiam quandoque superuenit. Cura, Fiat statim in Equi capite lanea coopertura, & semper in loco calido consistat, nec non pro victu sunt eidem calida adhibenda: Solet prodesse huiusmodi patienti, pascere paruas herbas, quoniam capite semper in terram depresso propter sumēdas herbas. pars maxima humorum exterius per nares à capite emittitur. Ad idem etiam præsentaneum est remedium, Fumigium peciæ combustæ, vel bombycis veteris combusti: quoniam humores antiquos congelatos dissoluit. Item ad idem valet pecia linea, in capite alicuius baculi strictè ligata, & postmodum sapone inuncta sarracenico, & intra nares immissa, quemadmodum leuius poterit & statim postea extracta, (vt supra in capitulo de frigiditate capitis dixi): quoniā ex crebra sternutatione purgatur cerebrum, & contingit patientem aliquando liberari, sed rarò: nam talis infirmitas, vt in pluribus incurabilis iudicatur. Item ad idem alia cura, Bibat Equus patiens aquam tepidam cum farina mixtam, & vtatur cibis calidis, vt suprà dixi: deinde cauterisetur in fronte & super spatulas in ciliis & cauda, vt humor ad saniem deducatur: postmodum habeas testas siue lateres calidos vel pilos siue vasa plena carbonibus, & circa Equū teneantur, vt fortiter calefiat, & ventrem & ilia vnguentis calidis, & oleo calido perungas, & oleo laurino, dialthæa, & his similibus à frigore caueatur: vel inungas ventrem & ilia & timpora confectione facta ex dialthea & oleo laurino, & pyretro, vt dixi suprà in capitulo proximo. Item ad idem valet, si acceperis amurcam olei & intinxeris ibidem linum & incendēdo & extinguendo feceris fumigium in naribus Equi frequenter. Item ad idem valet, si acceperis auri pigmentum & sulphur, & posueris super carbones, & in naribus Equi feceris fumigium

migium, vt humores in cerebro congelati dissoluantur, & post dissolutionem exeant. Item ad idem, Dentur Equo pharmaca composita ex farina frumenti mixta cum pulueribus specierum calidarum, ad hoc vt natura confortetur (Species verò calidæ sunt hæ, cinnamomum, galanga, gingiber & his similes) & in farina supradicta debes miscere modicum de sale, & quotidie lauetur caput & crines vino vbi sint decocta, ruta, absinthium, sauuia, iuniperus, frondes lauri, & hyssopus. Item ad idem valet si prouocetur in Equo sternutatio cum pulueribus ellebori & piperis, & dictus puluis iniiciatur per nares: acuto enim fumo sursum penetrante, cerebrum à superfluitatibus emundatur. Item aliud, Recipe allia, piper, cinnamomum & garyophyllũ, hæc omnia simul bene terantur cum albumine decem ouorũ, deinde misce cum ipsis aliquãtulũ de bono vino, & da Equo cum cornu vt totum per os recipiat. Item ad idem, Fac bullire ebulos & sambucos cum superfluitatibus alliorum in aqua salsa macerata, deinde per eundem modum dabis Equo ad potandum. Item ad idem, Recipe euforbium ʒ.iii. & tere subtilissimè succi bletarum lib.ii. quæ simul fortissimè admisce, deinde recipe de sanguine porci librã mediam, & funde: postea supaddas sibi succum prædictum cum puluere admixtũ, & simul fac omnia ista bullire, donec humiditas sibi reddatur, postmodum eleua ab igne, & superadde ʒ.i. de nouo puluere euforbii, & simul fortiter misce, & sic habebis vnguentum optimum, quod potes custodire in pyxide aliqua: & quando operari volueris, fac scopas longas & inunge ex dicto vnguẽto fortiter, & immitte per nares Equi, ita quòd bene intrent intus, & dimittas ibi modicum stare. Postea extrahas, quia videbis quasi statim de capite Equi descendere putredinem infinitam, & si tibi videtur reiterabis per alium diem: & scias quòd si infirmitas sit noua, liberabitur Equus: si verò antiqua, infirmitas adeò celabitur, quòd vsque ad quindecim dies non poterit aliquis perpendere quòd Equus habuerit infirmitatem prædictam. Et nota quòd in hac infirmitate signum est curationis, si quando coctæ fuerint vel cauteriatę, emittũt saniem: malum autem signum est, si Equus emittat per pectus raucum sonitũ: maximè si ex defectu virtutis suæ naturæ Equus tussire desinit.

De scabie & pruritu Colli & caudæ Equi, Cap. LXXII.



Contingit aliquãdo quòd in collo Equi iuxta garese, & in trunco caudæ pruritus, siue scabies, generatur: vnde ex continua confricatione fiunt ibi pustulæ, & pili siue crines cadunt, quod accidit tribus ex causis: Vel ex puluere ibi diutius existente, propter quod putrefiunt radices pilorum, & ex hoc pili cadunt: Vel ex macredine, membra enim debito nutrimẽto depauperata siue priuata, quum ex crasso sanguine & fœculento nutriantur, similiter fumositates quæ ad pilorũ conueniunt generationẽ, minus idoneæ existentes, nullam reparationem faciunt, imò ex ipsarum suppositione radices corrumpuntur, & ita fit casus pilorum: Vel ex sanguine superaccenso ibidem decurrente, vnde ex humore illo quasi cholerico pungente, & mordicãte & consumente, & siccitate intercidente radices, fit casus pilorum. In quodam loco

quum super natura huius ægritudinis ab aliquibus meis familiaribus interrogarer, essemque requisitus ab eis, vt originem & curam huius morbi ipsis notificarem, qua possent Equis suis, qui hac scabie erant mirum in modum molestati, succurrere, & pristinam bonam valetudinem restituere: dixi eis similiter quòd efficitur aliquando in collo Equi iuxta garese quædam scabies, vel pruritus euellens crines radicitus: similiter accidit in trunco caudæ, vnde cogitur patiens intantum fricare collum aut caudam, quòd quandoque excoriatur ex toto. Contingit autem hic morbus ex habundantia sanguinis infecti, vel aliis humoribus salsis & cholericis, sicut sanguinis putredo. Si habundet sanguis, faciet saniem albam. Si habundet cholera, faciet saniem quasi siccam, subtilem humiditatem emittentem & paucam. Si habundet flegma salsum, emittet multas humiditates, & aliquando faciet squamas siccas. Si melancholia vincat, faciet scabiem siccam. Cura, Si scabies & pruritus generetur ex puluere ibi diutius existente, lauetur bene locus tribus vel quatuor vicibus cum lixiuio & sapone iudaico. Postmodum cum aceto bullito cum cancabro bulliant lupini, centaurea, taxus barbatus, & in eius colatura addatur puluis aloës cabalini, & ex hac aqua loca patientia abluantur. Vel aliter facias tale vnguentum, Recipe sulphuris modicum, thuris masculini, nitri, tartari, corticum fraxini, vitrioli, viridis æris, ellebori albi, & nigri cyclaminis: Hæc omnia conficiantur cum vitellis ouorum elixorum, & cum oleo communi, & tantum bulliant donec deinde vnguentum inspissetur, deinde inungas locum infirmitatis tribus vel quatuor vicibus: & hoc vnguentum expertus sum contra scabiem & pruritum, & contra omnem guttam seu fistulam. Cura, Si prædicta infirmitas ex macredine procedat siue generetur, tunc flebotometur Equus de vena colli, vt humores illuc ducantur & exeant, deinde ponantur secones in inferius sub collo, postmodum fiant prædictæ ablutiones, post hæc reficiatur Equus bonis escis, & aliquantulum exercitetur. Cura, Si dicta infirmitas generetur ex humoribus super accensis, tunc similiter minuatur Equus, & prædicta remedia adhibeantur: hoc tamen addito quòd post ablutiones alumen desuper puluerisetur. Postquam autem inceperit curari, vt pili renascantur, vngatur locus oleo communi. Item ad idem aliud, Flebotometur patiens de vena colli consueta sufficienter, deinde fiat huiusmodi vnguentum circa pruritum & scabiem mirabiliter approbatum, Recipe sulphuris viui, salis, tartari, & æqualiter terantur fortiter cum fortissimo & optimo aceto, & tantundem oleo conficiantur, & optime incorporentur atque agitentur vsque ad spissitudinem vnguenti: de prædicto vnguento vngatur locus patientis bis in die tandiu, donec liberetur Equus: debet tamen locus pruritus & scabiei scalpi & fricari intantum, quòd quasi sanguinem emittat superhabundanter. Item ad idem præsentaneum est remedium acetum fortissimum cum vrina pueri virginis mixtum, & cum succo titrunguli, & supradicto modo superinunctum. Item ad idem efficax est remedium lithargyrum bene in puluerem redactum, & commixtum cum oleo & aceto, &

agitatum

agitatum ad modum vnguenti, & postmodum superpositum sicut dixi. Item ad idem valet vnguentum quod sequitur, Recipe sulphuris viui, olei oliuarum, modicum aceti, fuliginis, modicum duri salis, stercoris porcini, & calcis viuæ: hæc omnia insimul bulliant, tritis primo terendis, & fiat vnguentum ex quo vngatur locus scabiei & pruritus. Item ad idem, Accipe vullam cum qua pelliparii dealbant pelles, & misce cum aqua, & vnge locum. Dicunt alii quod infirmitas est in cute animalium, quam alii Rungiam vocant à rugositate, eo quód longas rugas, & diuersis locis in medio apertis cum asperitate habet, & squammas quasi piscium emittit. Nascitur autem ex habundantia putridi sanguinis, & ex loco pruritus non curato: & etiam fit ex consortio Equi scabiosi quum mordent se dentibus, vel quum terguntur cum eodem pãno, vel quum cooperiuntur eodem coopertorio, vel fricant se in eodem loco, & aliquando etiam fit si comederit escam ab Equo scabioso moruellatam. Cura, Si fortis sit Equus minuatur de vena colli, vt suprà dixi: deinde loca scabiosa bene abluantur, & fortiter fricentur cum capitello facto de fortibus crinibus donec aliquantulum sanguinent: postmodum permittantur desiccari, ita quód supra loca scabiosa non remaneat aliquid de supradicta lauatura: postea inungãtur loca ad solem calidum vel iuxta ignem vnguento quod sequitur, Recipe pulueris sulphuris, aluminis, ellebori nigri, añ libras v. pulueris corticis radicum pedis Equi, argenti viui, añ ℥. ii. axungiæ veteris, libras iii ex quibus omnibus fiat vnguentum: Animal autem de prædicto vnguento vngatur vsquequo fuerit necessarium, & ab eo die quo inungi cœperit vsque ad decem dies custodiatur bene Equus ab aqua, rore, & à fricatione. Item ad omnem scabiem, serpiginẽ, pruritum & rungiam Equorum inungantur loca ex farina frumenti, aceto forti & croco simul mixtis. Item ad idem, Prius lauentur loca cum aqua calida, postea sapo distemperetur in aceto forti, quo facto, loca scabiosa, serpiginosa, pruritum vel rungiam patientia inũgãtur. Item ad idem, Lauetur scabies sæpe cum aqua caprinclæ. Item lauetur sæpe scabies cum succo cicutæ & curabitur sine dubio. Aliqui miscent prædicto succo cicutæ modicum olei & aceti fortissimi. Postea autem pruritum seu pruriginem sic curare potes, Primò minuat Equus de vena colli, vt dictum est: deinde de sanguine ipso calido tota loca pruriginosa fricentur, tertia die post minutionem mundentur bene loca pruriginosa cum lixiuio calido, facto de fauilla hordei adusti, cũ stramine, aceto, & aqua marina. Sequenti die vngatur hoc vnguento, Recipe radices rubeæ paleæ campi, & radices herbæ benedictæ, coquantur in aceto vel aqua marina donec molles fiant: deinde proiecto quod durum est, cum reliquo & axungia veteri fiat vnguentum.

De Scima seu Lucerdo, Cap. LXXIII.



Cima vel Lucerdus vocatur infirmitas quędam quę in collo Equi accidit,ita quòd collum non poteſt flectere huc nec illuc, nec eſcam ſuam niſi per interualla,nec feſtinanter à terra capere. Naſcitur autem ex nimio onere ſcapularum, & ex deſiccatione nimia neruorum colli. Cura, Crinis colli cum manu iuxta corpus erigatur,& vtrinq; cutis cum calido ferro,ad modum ſtili facto, quod quidam ſubulam vocāt, iuxta corpus perfodiatur ſeu perforetur, & caro quæ eſt ſupra collum ſine attractione neruorum aliquantulum aduratur,& ſic fiat in quinque locis in longitudine colli: & inter ſingulas cocturas & perforationes ſit ſpacium trium vnciarum. Poſtea infra vnamquanque cocturā quædam mediocriter gracilis chorda & mollis, facta de lino ſiue canabe,vel pilis caudæ,vel crinibus Equi (quam quidam ſennam vel laqueum vocant) immittatur,& per quindecim dies dimittatur: (Quidam multas cocturas in ſiniſtra parte colli ſub crine iuxta carnem in ſummitate & longitudine colli faciunt,ſed non ſaniant poſt appoſitionem ignis) à quarto verò die vſque ad decimumquintum cum aqua tepida tota ſummitas colli & ſpatulæ ſępe abluantur,& bene fomententur.

De Inflatione colli Equorum, Cap. LXXIIII.



Ollum Equi inflatur, ſi intra quartum diem poſt extractionem ſanguinis plagam ſuper lignum aut lapidem fricauerit fortiter, aut alius Equus illam corroſerit, aut ſi cito poſt reſtrictionem plagę duram eſcam comederit: ideóq; caput eius ligandum eſt ſurſum, & debet ſic ſtare per tres horas ſine comeſtione (Aliqui tamen ſtatim dant ſibi bibere, ſed incautius agunt): poſtea per diem & noctem à dura eſca cuſtodiatur. Cura, Pili ab inflatura tollantur loci, & plaga infra diem tertium poſt ſanguinis extractionem aperiatur, & teneatur aperta cum ſtuppis ſi fuerit æſtas, & fomentetur inflatura cum aqua tepida in qua folia ebuli vel ſambuci,apii,vrticæ, & ſenationis cocta ſint. Ex ipſis herbis fiat emplaſtrum, & tepidum inflaturæ ſuperponatur. Vbi inflatura fuerit inuncta,de eadem vena iterum minuatur. Et ſi per hoc non conualuerit, & vena putrefacta eſt,corium iuxta maxillam ſuper illam venam aperiatur,& cum brocha ligni vena læſa extrahatur, atque verſus caput cum molli filo lini fortiter nodetur,& per medium incidatur, & omnino extrahatur. Similiter fiat de vena ex altera parte plagæ verſus ſcapulas. Item longè à terra comedat donec ſanetur.

De læſione dorſi, Cap. LXXV.



Ccidunt dorſo Equi aliquando læſiones plures & diuerſæ propter diuerſas cauſas: quia quædam ex cauſa intrinſeca, vt ex corruptione humorum: quædam ex cauſa extrinſeca, vt ex ineptæ ſellæ oppreſſione, & aliis pluribus occaſionibus. Contingit autem ex cauſa intrinſeca quando humores vel ſanguis corrumpitur,et in loco ſuperhabundat, & ita de facili & quaſi de nihilo læditur dorſum Equi: quia ſanguis ſuperfluus vel humores ſuperhabundantes generant in loco paruas veſicas plenas ſanguine mixto cum putredine, quæ corrumpunt corium & carnes Equi, deinde fiunt

vlcera plana, aliquando magna, aliquando parua. Contingit etiã à causa extrinseca, sicut quãdo læditur dorsum Equi à sella vel barda, vel superfluo onere, & similibus Sciendum tamen est quòd quanto propinquiores existunt ossibus tergi, tanto peiores & periculosiores sunt, & aliquando potest periculum corporis imminere. Cura, Emplastrum ad tumorem dispergendum, cute existente integra, Accipe folia porri & stringe cum axungia porci, vel ipsa simul in mortario conterere, et in patella calefac, & calida superpone tumori. Item ad idē & melius, Recipe tres partes fumi arietini, & vnam farinæ frumenti seu siliginis, & fit flos farinæ quia plus valet, & bene misce, & aliquantulum coque, & tepidū supra locum pone. Cura, Ante omnia scire debes quòd per quemcunque modum dorsum læsum fuerit, Equus fatigari non debet quousq; perfectè fuerit curatus: quia ex immodico labore ipsa infirmitas possit taliter augmentari quòd incurabilis reddetur: Statim igitur cum videbitur dorsum Equi alicubi tumefieri, optimè cum rasorio tumor radatur: deinde fiat emplastrū de farina tritici affarinata, & cum albumine oui agitetur, & tumori postea cum quadam pecia panni linei superponatur: & caue postmodum ne dictum emplastrum remoueas violenter, sed cum lenitate, si fieri potest: deinde amota pecia & emplastro, si putredo fuerit congregata, corium cum ferro cuspido aliquantulum calido inferioris partis de tumore vsque ad putredinem perforetur, & putredo exinde penitus educatur: Post hęc verò vngatur in die frequenter aliquo liquido vnctuoso. Fiunt etiam quędam excoriationes vel rupturę in dorso ex oppressione aliqua alicuius oneris vel bardę, vel oppressione carbunculi nascẽtis ex superfluitate sanguinis in dorso, quæ statim quum apparent radi debent peroptimè vndique & circumquaque: Deinde superaspergatur quotidie de puluere calcis viuæ mixtæ cum melle, & intantum simul agitatis quòd possit fieri quædam placentula quæ ponitur in igne, & ibidem stet donec fiat sicut carbo, de qua postea puluis fiat: prædicto puluere vtatur donec vulnus fuerit consolidatum, ablutis prius vulneribus cum vino calido, vel aceto, custodiendo Equum à sella, & à quolibet simili. De eodem puluere dicetur infrà in capitulo de verme. Sciendum autem est, quòd emplastrum farinæ tritici cum oui albumine agitatæ, vt supradixi, valet contra omnes dorsi læsiones iam dictas. In omnibus autem læsionibus planis vel excoriationibus solidandis infradicti pulueres apponantur, videlicet puluis factus ex myrrha sicca: item puluis factus ex lētisco, & galla leui: item pecia lanea combusta, item corium combustum aptatum, item filtrum combustum, item putredo ligni diu putrefacti: Omnia ista valent ad prædictas læsiones dorsi. Item puluis myrrhæ vel scotani proiectus supra fracturam vel excoriationem dorsi, consolidat mirabiliter & desiccat. Nota tamen quòd super omnes alios pulueres valet puluis de calce & melle ad consolidationem carnium. Scire tamen debes quòd antequam prędicti pulueres apponantur, læsiones illæ lauari debent vino calido vel aceto.

De dorso quando leditur à fella, Cap. LXXVI


I dorſum Equi ex ſellæ oppreſſione,vel barda, vel ſuperfluo pondere intumuerit,quoniam humor ille ad ſanië colligitur, dimittatur quouſque inceperit mollificari: deinde ſub vulnere de ſubtus perforetur, ita quòd humor liberè egrediatur: vel fiat ſub dicto tumore vel inflatione foramen, ſeu coctura cum ferro candenti, vt humores ex tali oppreſſione ſellæ,bardæ, vel oneris conglobati ſiue coadunati diſſoluantur. Si verò ex his in ipſo principio inflatio ſeu tumor non recedat, radatur bene locus, & prædicta emplaſtra ad inferrandum & maturandum ſuperponātur: deinde ponantur intus ſecones inuncti ex ſapone.

De inflatione dorſi ratione ſellæ, Cap. LXXVII.


Orſum Equi ſi infletur ex impreſſione ſellæ,abraſo prius loco,lauetur ſæpe cum aqua bene ſalſa: & aliqui ponunt ſtercus eius calidū ſupra tumorem,& ligant cum ſupercingulo: Si verò tumor nō recedat, ſed efficiatur ibidem corium mortuum, inungatur locus cum axungia porcina veteri,& ſemper locus ſit vnctus, & caueatur ne corium eleuetur violenter, (aliqui ponunt ſuper corium farinam mixtam cum oleo) & quum incipiet ſeparari corium, circunquaque prius loco bene inuncto, equitur aliquantulum cum ſella,ita quòd locus calefiat: nam ex tali calefactione corium mortuum acrius macreſcit & cadit. Eleuato corio mortuo in totum,ponatur in plaga ſtuppa canabis,vel lini minutatim inciſa,& ſupra ſtuppam aſpergatur modicum de puluere calcis viuæ, quouſque vulnus ſit plenum carnibus: Quum verò carnes creuerint, & non reſtat niſi corium generari, lauetur bis in die locus vino tepido vel cum vrina, & poſt deſiccationem poteſt aſpergi deſuper puluis myrrhæ vel ſcorani,quouſque ſit curatus. Si dorſum Equi læſum fuerit ſeu plagatum, & poſtea ſuperueniat ibi tumor, diſtinguendum eſt, quòd aut plaga eſt profunda, aut æqualis: item aut eſt in extremitate crurium, aut in alio loco dorſi aut ſpinæ. Si plaga fuerit æqualis,& inflatio ſeu tumor non minuatur,contra inflationem & tumorem fuerint remedia & curæ quæ ſuprà iam diximus, & plaga nihilominus lauetur ter in die cum aqua ſalſa, ſeu cum aqua ſalſa marina. Poſt lotionem autem & mundificationem plagæ, puluis factus de gallis & ferrugine ferrariorum ſuprà ſpargatur: vel ſuperponi poteſt puluis lapidum molendinorum.

De profunda plaga dorſi ſupra ſpatulis, Cap. LXXVIII.


I plaga fuerit profunda & tumida & in extremitate crurium, quia locus periculoſus eſt, cura non eſt prætermittenda: & ſi tumor deſcendat ad pectus infirmitas ſeu paſſio mortalis eſt: cuius rei cauſa eſt, quia pulmo & cor ſunt membra nobilia,& conſeruant vitam in corpore: quia ſi ipſa patiantur, & totum corpus patitur & mortificatur. Si enim prædictum vulnus prout decet mundificatum non fuerit, humor ſanioſus exiſtens, loca per quæ tranſit corrumpit, & ad ſpiritalia deſcendens ea ſuffocat: quia recta fronte ſibi ſubiacent, vnde eſt cauſa mortis. Si verò plaga fuerit in alia parte dorſi quàm in extremitate crurium,timendū non eſt quoniam magna eſt ibi

eſt ibi concauitas, quæ fluentem humorem poteſt recipere, nec ibi ſunt membra principalia quæ corrumpantur. Cura, Laquei ſeu ſecones ſubtus inflationem ponantur, & cũ ſubula ſeu acu longa & groſſa tumor perforetur vt inde ſanies educatur: poſtmodum aqua ſalſa marina vel ſimplici & optimo vino tepido abluatur: facta ablutione concauitas illa repleatur bene vſq; ad fundum de ſtuppa lini trita, & hoc fiat donec caro incipiat bene rubere, & vulnus ſit mundificatum. Si autem caro ſuperflua excreuerit (quod cognoſcitur per eius emorrhoiam, hoc eſt, per eius ſanguinis fluxum) tunc puluis corroſiuus ſuperaſpergatur, ſicut eſt puluis gallæ, vitrioli, viridis æris & ſimiles, vt puluis calcis viuæ. Item ad idem, Facias ſtupinum ſeu teſtam de ligno ficus vel radice caſſi barbati vel mori, ad longitudinem vnius digiti longum & modicũ latum, & ex vna parte ſtupini ſeu teſtæ & ex altera ligentur ſecones ſeu laquei: deinde ſub tumore inter corium & carnem, prædictum ſtupinum ſeu teſta ducatur, vt ſanies collecta educatur, & hoc fiat dummodo infirmitas non ſit in extremitate crurium. Caueatur Equus poſtmodum de exercitio multo: leue enim exercitium iuuat. Et nota quòd omne vulnus ſi putrefiat ſignum eſt quòd ſanabitur: tamen ſi multa ſit putredo timendum eſt ne ſanies ad interiora vertatur, & ſic Equus pereat.

De male ferrato Equo, Cap. LXXIX.



Accidit Equo pluries quidam morbus in lumbis ſeu renibus ibidem dolores inferens, & neruos attrahens inceſſanter, qui aliquando ex humorum ſuperfluitate illuc decurrente, aliquando ex frigiditate diuturna, aliquando ex onere immoderato procedit: hinc contingit vt vix ſe poſſit Equus erigere ex parte poſteriori, vel leuare crura: Et hæc paſſio dicitur Maleferratura. Cura, Radantur lumbi vel renes bene, deinde fiat ſtrictorium tali modo, Recipe picem naualem liquefactam, & extende in pellicula ad longitudinem & latitudinem lumborum vel renum, deinde recipe boli armeniaci ℥. 2. picis græcæ, galbani, thuris, maſticis, ſanguinis draconis, gallæ, omnium añ. terantur, & miſceantur inſimul, poſtmodum aſpergantur vniuerſaliter ſupra picem prædictam aliquantulum liquefactam, deinde dicta pellicula taliter parata ponatur ſupra lumbos vel renes prius bene abraſos, nec remoueatur donec valeat leuiſſimè remoueri. Item ad idem & melius, Recipe milium & ſaluſtã pro viii. parte & calefac ad ignem in ſartagine vel patella, & miſceas bene ſimul agitando ſemper cum vno baculo ne milium aduratur, donec ſit bene calidum deinde aſpergatur deſuper aliquantulum vini, & poſtea ſic calidum quantum ſufferri poſſit ponatur in ſacculo, & ſacculus ſic plenus milio calido ponatur ſupra renes & hanchas Equi, & cooperiatur bene Equus circa partes illas, vt calor non euaporet, & hoc fiat duobus vel tribus diebus pluries in die & de ſero. Item ad idem aliud ſtrictorium magis valens, Recipe conſolidam maiorem, armeniacum, galbanum, bolũ armeniacũ, ſanguinẽ draconis, ſanguinem Equi recentem, ſiue ſiccum, & de maſtice, pice græca & olibano, quantum de omnibus aliis, terenda: terantur omnia ſimul, vel ſeparentur & agitentur, ac miſceantur cum oui albumine ſufficienti. Deinde miſceatur ibi

atur ibi de farina frumenti in bona quantitate,& agitetur cum aliis. Extendatur autem talis cōfectio super pecia linea forti,& fiat per omnia sicut de alio emplastro suprà edocetur. Item ad idem aliud remedium & vltimum, Vtantur lumbi vel renes multis & crebris lineis per longum ex vna parte renum ad aliā procedentibus. Supradicta emplastra humores constringunt & desiccant, renes & neruos consolidant: similiter ignis humores dissoluit, euacuat & consumit carnes, desiccat acriter & coarctat: propter quod rationabiliter videtur quòd Equus malefierutus ex aliquo prædictorum medicaminum debeat adiuuari,& remedium inuenire.

De Cornu & cura eius, Cap. LXXX.

Cornu est infirmitas in tergo Equi, aliquando rumpēs et mortificans corium dorsi, ingrediens dorsum vsque ad ossa: multoties autem accidit ex oppressione sellæ, vel ex superfluo onere: quia tūc carnes læduntur, & angitum corium cum carne viscatur seu conglutinatur. Et ex hoc hæc passio Cornu vocatur, quia ad modum cornu formā rotundam habet: vel dicitur Cornu à diffusione latitudinis quę protenditur in acutum: vel dicitur cornu à corio secum inuiscato, quod prouenit quandoque dum corium comprimitur: corium enim cōpressum comprimit carnem suppositam,& caro aliam carnem,& sic Cornu procreatur, quod aliquando fit propter spinam, aliquando super costas. Sed quod super costas fit periculosius fit: quoniam caro læsa putrescit, & sic humor ad spiritalia & interiora descendit, & dissipat ea. Cura, Terantur folia caulium cum axungia porcina veteri & supponantur: deinde imponatur ei sella, vel panellus,& strictè cingletur, vt premat versus Cornu. Item ad idem valet scabiosa vel malua, viscus cum axungia veteri trita, & simili modo superposita. Item ad idem valet cinis calidus cum oleo agitatus & superpositus. Item ad idem valet fuligo cū sale minuto mixta, cum oleo agitata. Item ad idem valet stercus humanum recens superpositum. Item ad idem, Olera siluestria, vel domestica, viridia cum veteri axungia optimè terantur,& supra locum patientem ponantur: & aliquātulum equitetur, vt vis medicaminis subintret,& per aliquos dies hoc fiat, & perfectè curabitur. Item ad idē, Frondes sambuci vel ebuli fortiter terātur,& cum oleo communi misceantur, & eodem modo dictum emplastrum tepidum supra locum patiētem ponatur. Item ad idem, Oleum oliuarum calidum sæpe superpone: quoniam extirpat Cornu mirabiliter. Item ad idē valet puluis gallæ superaspersus. Item ad idē, Recipe frondes cap paræ & frondes lilii,& bene pistentur cum adipe porcino, & simul incorporentur, deinde supra locum patientem ponatur: hoc enim vnguentum mirabiliter curat & sanat & diuidit. Item Frondes oliuæ & aliquantulum cineris insimul misce, deinde eodem modo superpone. Et nota ꝙ Cornu cito cadit radicitus, si Equus equitetur cū sella, superposito prius aliquo medicamine prædictorū & sæpius renouādo. Cornu autē radice extirpata, vulnus stuppa minutè incisa, & puluere calcis viuæ & melle inuoluta totaliter impleatur, abluto prius vulnere aceto tepido,& hoc fiat bis in die donec vulnus solidetur. Cauendū tamē ne aliquod pōdus tergo superponatur, donec carnes vulneris fuerint corio coęquales.

De Curtis

De Curtis Equorum. Cap. LXXXI.



Vrtæ ſunt quædam magnæ inflationes in modum panis in corpore Equi, quæ potiſſimè naſcuntur ex habũdantia ſanguinis putridi in molli carne iuxta corium. Cura, Scindatur corium in medio Curtæ, & ſubtus, niſi inflatio deſinat, & cum lignea brocha humor qui intra cutem eſt moueatur, & bene frangatur, poſtea humor fortiter exprimatur, ac deinde coriũ ſub inflatione ſcindatur, & latum ferrum calidum per totam Curtam immittatur, ita quòd corium non comburatur, & interpoſitis ſeptem diebus iteretur, & fiat cum magna cautela & deliberatione.

De Pulmone ſeu Pulmoncello, Cap. LXXXII.



Et quædam læſio in tergo ſeu dorſo Equi rumpens & mortificans partem carnis dorſi, & fodiens dorſum vſq; ad oſſa, tumorem inducens ex ineptæ ſellæ vel oneris frequenti oppreſſione generata, quæ quum fuerit veterata putredinẽ generat, & carnes inficiat, & cũ iſta fuerit putredo antiquata, efficitur ibi quædam coagulatio carnis infectæ ac putridæ, carnem rumpens & corium, & continuè putridas humiditates emittens vt aquam. Et hæc paſſio vocata eſt Pulmo ſeu Pulmoncellus: quia pulmonis formam ſeu ſimilitudinem habet. Et generatur ex humoribus melancholicis ꝑpter vigorẽ virtutis attractiuæ, quę ad ſe attrahit ipſum nutrimentũ, quod inuenientes recipiunt ab eadem, & in ipſa conuertuntur etiam, & exinde talis paſſio procreatur: & poſtquàm cõſolidata eſt ſtatim redit ad ſtatum priſtinum. Cura, Incidatur circumcirca Pulmo, ſeu læſio illa funditus & radicitus extirpetur: Quo facto, ſcindatur locus vulneris vbi magis dependet, vt nihil putredinis in vulnere detineri poſſit: Poſtea ſuperponatur ſtuppa in albumine oui inuncta vſq; ad triduum mutando quotidie ſemel in die: Deinde vſque ad carnium conſolidationem ſtuppa minutè inciſa, in puluere calcis & mellis inuoluta, vulnus totaliter impleatur, abluto prius vulnere aceto vel vino forti aliquantulum tepefacto: hoc fiat bis in die donec vulnus fuerit conſolidatum. Item per alium modum poteſt dicta infirmitas curari: quia ſalubrius & melius curatur cũ puluere reſalgaris, vt infrà in capitulo de verme dicetur: quoniam ſine inciſione curatur, nec dolor infertur Equo. Item ad idem valet ſi accipiatur ſerpens, & capite & cauda inciſis, quod reſiduum fuerit in fruſtra parua incidatur, deinde fruſta in veru aſſentur ad carbones, donec pinguedo ſerpentis incipiat liquefieri: illa pinguedo ſerpentis ſic diſtillata exiſtẽs, adhuc calida in Pulmonem dorſi inſtilletur, mirabiliter enim in vno die Pulmonem deſtruit & conſumit: Caue tamen ne de illa pinguedine cadat in aliqua parte dorſi Equi. Itẽ ad idem, Extirpato Pulmone ſeu Pulmoncello, vt dictum eſt, decoquatur bene malua, & ſuperponatur donec vulnus pateat, & lauetur cum aqua illius maluæ: Poſtea in vulnus ponatur calx viua cum ſtuppa bene trita, & quum caro creuerit imponatur puluis vitis albæ, & curabitur. Itẽ nota quòd vrtica mortua trita cum axungia & pipere, magis extirpat corium mortuum omnibus ſupradictis. Item potes ſi volueris ad curationem iſtius infirmitatis eiſdem curis vti quas proximè poſui ſuprà in capitulo de Cornu: hoc tamen addito quòd cappari cum radice

dice fructus ficus, seu cum eius teneritate terantur, & modicum de cineribus misceatur, deinde cum axungia incorporata vulneri superponatur: Laudo tamen vt euulsa carne superflua, scabiosa, cum galla trita concauitas illa per tres dies repleatur, vt si qua radix malæ carnis remanserit, tali emplastro radicitus extirpetur: deinde vnguentum proxime positum & cum radice taxi barballi, & cum succo fumiterræ bene pistetur & incorporetur, deinde superponatur, & hoc dicitur esse probatum.

De Equo super quem luna splenduit, Cap. LXXXIII.



Vra Equi super quem luna splenduit quando mortificatur fiat sic, Recipe sepum, lardum, oleum oliuarum, succum solatri, & farinam, & fac bene bullire omnia in patella, & superpone sæpe immutando, raso primò loco & scarificato.

De Spallacijs, Cap. LXXXIIII.



Et alia læsio in summitate spallarum, tumorem faciens & callositatem quandam carnium super spatulas, dorsi superficiem superātem, tumefactione prædicta antiquata & indurata, quę vulgariter Spallaciæ nominatur, nomen ex opere assumens, & generantur ex frequentia onerum, & male parato apparatu Equi, vnde fit ab eo compressio dictam inducens collositatem. Cura, Incidatur circunquaque læsio illa, ac funditus & radicitus extirpetur: quo facto scindatur locus vulneris vbi magis dependet, vt nihil putredinis in vulnere retineri possit, et per omnia fac sicut dixi suprà in rubrica de Pulmone seu pulmoncello Item alia cura, Si Spallaciæ fuerint duræ, mollificentur cum malua, visco, & caulibus tritis cum axungia porcina veteri: vel cum absinthio paritaria, & brancha vrsina bene tritis et mixtis cum axungia supradicta, & postea decoctis in aliqua olla, & deinde suppositis. Istud mollificatiuum fiat antequàm Spallaciæ incidantur, vel resalgar superaspergatur, vt in Capitulo de Verme dicetur.

De Barbulis & Carbunculis, Cap. LXXXV.



sunt Barbulæ, & Carbunculi in Equo ex superfluitate sanguinis, aliquando ex aliis humoribus mixtis, quorum cognitio & cura in Capitulo de læsione dorsi suprà edocetur.

De læsione Garrasij seu Guida, Cap. LXXXVI.



Vum garrese fuerit nimis inflatum propter putredinem, vtatur ex parte vtraq; pluribus punctis foci cum ferro cuspido feruenti, sicut videbitur expedire. Deinde ponatur in foraminibus oleū calidum cum pecia, donec liberetur. Si verò non fuerit plenum multa putredine, coque cum casco, & vbi cascum intrauerit, pone punctum foci. Item ad idē, Quū garrese fuerit nimis inflatū & plenū multa putredine, scindatur ferro idoneo, & tota sanies educatur, deinde imponatur stuppa cum albumine oui, postea lauetur cum vino tepido vel aceto, deinde vngatur locus de quocunque felle, & superaspe atur ad consolidandum puluis calcis, quem infrà in capitulo de verme ponam: vel thuris super vnctione fellium, vsque ad sanitatem, & impleatur vulnus stuppa minutè incisa super iniectionem, si vulnus fuerit profundum.

fundum. Item aliud quod valet etiam ad dorsum Equi fractum, Vngatur vulnus melle,& superponatur puluis gallæ vel cinis calidus vnctus de oleo.

De puz iolis qui nascuntur in dorso Equi, Cap. LXXXVII.



Sunt autem aliquando quædam puziolæ,seu pusillæ excoriationes in dorso Equi,quarũ tamen ex remediis suprà in proximis Rubricis positis & habitis,cura satis patere potest.Item emplastrum ad puziollas & inflationes maturandas, & omnia apostemata siue in homine siue in animali maturanda,Recipe farinam frumenti,& mel añ. & bulliant in aqua decoctionis maluarum vsque ad spissitudinem,deinde superponatur & frequenter mutetur,quia citò maturabitur.

De quibusdam pulueribus ad sanandum dorsum uel garresum Equi. Cap. LXXXVIII.



Vluis vnus pro sanando dorsum Equi, vel garreso, talis est, Recipe vitem albam, tere ipsam & pone in olla rudi & noua, & combure ibidem, posteà puluerisa bene prædictum puluerem, & quum indigueris ita vtaris superponendo. Item ad idem alius puluis, Recipe mel & calcẽ viuam añ, seu calcem nõ extinctã, quæ simul impista,& sup prunis seu carbonibus cõbure & pone,deinde puluerisa,& vtere.Itẽ alius puluis ad malam carnem rodendam, Accipe prassum terraneum,& sicca fortiter in clibano seu furno,postea bene tere & vtere.Item alius puluis corrosiuus preciosus & consolidatiuus,contra omne vulnus tam hominum quàm Equorũ,Recipe de peciis panni quæ sunt coloris bruni,vel persi,& de cauda alliorum,fabis,& sale,& reple ollam vnã rudem siue nouam, per modum qui sequitur,Primò ponas vnum solarium de peciis prædictis: Secundum solarium sit de sale: Tertium sit de cauda alliorum : Quartum de fabis : Quintum & vltimum de peciis supradictis fiat: quæ solaria in dicta olla singulariter,quando ibi ponuntur,comprimantur, & postea omnia insimul vt nihil in olla remaneat vacuum. Postea cooperias bene de tegula, & bene luto sapine,& pone in clibano siue in furno,& ibidem stet donec comburantur omnia.Post hæc puluerisa & cribella,vt si quid incombustum est non descendat : quia quod descendit melius & vtilius est. Si Equum curaueris,ablue vulnus cum vino vel cum salomora, postea prædictum puluerem superpone.

Ad guttam renalem seu morsuram renum, Cap. LXXXIX.



D Equum qui habet guttam renalem fiat tale remedium, Primò transeat Equus natando aquam currentem, deinde vratur seu decoquatur in iunctura super hanchas, deinde fiant duo secones inter ambos pulsus cossarum à capite hanchæ. Similiter fiat in anterioribus cruribus. Dicitur autem hoc passio vel morsura renum,eò quòd maxima pars humorum subitò mordicat,& eas immobiles cum tota posteriore parte corporis facit : nam quasi ex guttæ causa subitò in terram cadit & humorum concursus citò ad cor fit, & sic infrà duas vel tres horas moritur. Et accidit hæc passio potius in calido tempore, quàm in frigido, propter calefactionem & dispositionem humorum. Cura, Vena grossa inter ambas coxas, & vena quæ est sub cauda, in latitudine trium digitorum à nate incidatur, san-

guisq;

guísque à naribus extrahatur,& hoc differendum non est, quia differre malum est. Sanguis verò vsque ad defectionem fluere dimittatur: quia vbi immoderata repletio, ibi immoderata euacuatio necessaria est. Si verò post conualescentiā renes debiles habeat, post aliquos dies duę cocturæ per medios renes fiant,& trifolium tritum cum adipe super adusta loca, seu cocturas ponas, vt pili desuper renascantur.

De spallato Equo, Cap. XC.



Contingit aliquādo in spatulis Equi quædam læsio, quādo spatula resilit a loco suo naturali, quare cogitur claudicare. Accidit autem in Equi gressu vel in cursu quando laborat vltra velle, vel quum versus terram premitur indirectè, quandoq; fit quando pedes posteriorrs casualiter anterioribus vinculātur, quod fit propter calcium ictus. Cura, Ex quacunq; causa læditur spatula, ponatur stelletta cōueniens sub læsione spatulæ per vnum submissum, vt humores illuc defluant, & exterius educantur: sæpius in die stellettæ locum vndiq; manibus comprimendo, vt putredo citius educatur. Equus etiam paruo passu ducatur, vt ex motu humores ad locū stellettæ citius destinētur, & postmodū exeant. Deinde fiat tale strictorium, Recipe picis græcæ, masticis, thuris æqualiter, & aliquantulum sanguinis draconis, & de pice nauali quantum de omnibus supradictis: terenda terantur, & cum pice nauali liquefiant. Deinde tale emplastrum calidum quantum pati poterit, ponatur supra locum spatulæ læsum, vniuersaliter extendendo ipsum super totam spatulam. Posteà verò stuppa minute incisa spargatur super dictum emplastrum. Ad idem valet satis, si in loco læso ponantur secones ad crucem,& agitentur frequenter, vt ex eorum agitatione assidua, confluentes educantur humores. Item ad idem, quod vltimum remedium est, Locus spatulæ tam per longum, quàm per transuersum, decentibus lineis decoquatur: quoniam ignis naturaliter humores desiccat,& restringit.

De grauedine pectoris Equi, Cap. XCI.



Ccidit autem quòd pectus Equi intantum grauatur quòd Equus videtur in suo gressu impediri, quod contingit ex habundantia & ex superfluitate sanguinis, vel aliarum humiditatum ad pectus confluentium, quæ propter immoderatum laborem vel onus superfluum dissoluuntur. Cura, Minuatur Equus ab vtraque parte pectoris de venis consuetis, deinde secones congrui sub pectore fiant, bis eos in die (veluti in capitulo de Verme dicetur) agitando. Prædicti autem secones ad minus per quindecim dies portentur, vel astelletta in vtraque spatula ponatur: per has curas Equus à grauedine pectoris curabitur.

De Equo aperto ante & eius cura, Cap. XCII.



I Equus fuerit apertus ante, sic cura ipsum, Primò pastora ipsum ex ambobus pedibus anterioribus, & minue ipsum de ambabus venis pectoris, postea dimittatur stare ita strictè pastoratus, vsq; ad nouem dies, lauando sibi frequenter, saltem mane & sero, pectus vino calido, & curabitur.

De Equo scalmato siue de malo hanchæ, Cap. XCIII.


Accidit alia læsio casualiter caput hanchæ mouens vel separans, aliquādo à loco vbi cōsueuerat naturaliter commorari:quę de leui accidit in gressibus Equi vel cursu cum pes eius labitur vltra velle, vel cum premitur versus terrā indirectè,vel cum pedes posteriores rectius anterioribus vinculantur. Et Equus hoc patiens vulgariter dicitur Scalmatus. Cura,Per omnia fiat sicut suprà in capitulo de Spallato dictum est.

De morfundito Equo, Cap. XCIIII.


SI Equus fuerit morfunditus, scinde pellem supra fontenellam hanchæ per mensuram vnius digiti, deinde accipe paleam vnam vacuam,& eam imple argento viuo,& pone per transuersum ita paleam: Postea resue corium, & pone super paleam manum, ita vt dispergatur argentum viuum quod in palea est, & dimitte sic eum donec fuerit liberatus.

De Scorcilliatura seu scorciatura, Cap. XCV.


Accidit pluries quòd iunctura cruris posterioris iuxta pedem læditur, & patitur ex violenta percussione in aliquo duro loco,vel ex alio forti,vel ex præcipitatione,gressu,vel cursu Equi,aut cum pes Equi versus terram premitur indirectè. Et quia ille locus neruosus & arteriis plenus & intricatus, ideo delicatus & patiens cogitur ꝓpter hoc claudicare: Et Equus hoc patiēs dicitur Scorcilliatus siue Scorciatus.Cura,Furfur in aceto fortissimo agitetur, & de sepo arietino sufficienter immisceatur, quæ simul vsque ad spissitudinem bulliant & coquantur agitando: Deinde intantum calidum inquantum Equus tolerare poterit super iuncturam dolentem ponatur,ligando eadem bene cum pecia, & hoc bis in die remoueatur. Si verò iunctura aliquid tumoris habuerit propter indignationem neruorum, fiat emplastrum fœnigręci, seminis lini & squillæ, & aliorum sicut infrà in Cap.de Attincto dicetur: quod emplastrum ponatur postea super iuncturam læsam. Si autem occasione scorcilliaturæ à suo loco moueatur, pes Equi sanus socius claudicantis eleuetur in altum,& in cauda patiētis ligetur prout melius fieri poterit,fortè valebit:deinde ducatur ad manum versus loca montuosa paulatim ambulando, quoniam ex necessaria oppressione versus terram,os disiunctum ab alio ad locum suum prout expedit redigetur: prius tamen prædicta mollificatura fieri debet. Accidit autem aliquando quòd ossa à iunctura totaliter distinguuntur, quòd vix ad locum debitum redigi possunt,vnde contingit iuncturam durissimo tumore inflari, & ideo vt curetur necesse est ignis beneficio subuenire. Et nota quòd post omne medicamen,experientia prædictarum curarum ignis vltimum remedium esse debet.

De Equo qui emittit intestinum extra anum, Cap. XCVI.


SI Equus emittit intestinum foras anum, accipe sal bene tritum, & sparge super intestinum,& remitte intestinum parum in anum: deinde accipe de lardo ad modum suppositorii, & mitte intus: & postea superpone maluam coctam donec sanetur.

H De infl

De inflatione testiculorum, Cap. XCVII.



Ccidit autem aliquãdo Equi testiculos diuersis causis tumefieri vel inflari, quod satis aliquando periculosum existit : fit autem ex humorum superfluitate illuc decurrente, propter in ipsorum corpore plenitudinem: quod contingit maximè in vere & herbarum tempore propter tempus humidum & humiditatem herbarum quibus humores augentur. Fit etiam ex immoderato labore vel onere, cum rumpitur pellicula quæ manet inter intestina & testiculos: quare cadunt intestina in oscheũ, & exinde testiculi satis inflantur: Fit etiam cum ex presentia ventositatis inflantur. Quandoq; ex humore concluso, quod prouenit ex indigestione: hæc enim animalia quia indiscretè cibis vtuntur & potibus, in ipsis ventositates & multa superflua procreantur, quæ quandoque per suũ meatum ad oscheum deriuãtur, & tumorem siue inflationem ibidem constituunt. Cura, Accipe acetum fortissimum & cretam albam tritam, & intantum agitentur ad inuicem quòd fiat velut pasta mollis immiscendo ibidem de sale bene trito, & de tali pasta lineantur omnes testiculi sufficienter, bis vel ter remouendo pastam in die. Item ad idem valet satis, si patiens Equus teneatur manè & serò per competens spacium diei in aqua frigida & velocissima, ita quòd aqua cooperiat testiculos. Itẽ ad idẽ valẽt fabæ tritæ bene coctæ cum axungia porcina noua sicut parantur ad comedendum, & postea super testiculos decenter superpositæ ita quòd tegãt inflationem seu tumorem. Si verò tumor testiculorum fiat propter casum intestinorum in oscheum, castretur patiens, & extracto læso testiculo vel ambobus, intestina ad suum locum reducantur interius: Postea ruptura illa cum ferris latis circumcirca vndiq; decoquatur, deinde curetur vulnus sicut curatur vulnus bursæ testiculorum Equi castrati: Ruptura verò pelliculæ quę Siphac dicitur, vt in pluribus, incurabilis esse cẽsetur. Item ad idem: Si inflatio ex ventositate processerit, quod cognoscitur per tactum & tumorem & doloris sensibilitatem, hæc adhibeantur remedia, Accipe querculam iuniorẽ & cum cimino bene tere, deinde decem vitella ouorum elixorum similiter terantur & pistentur, & insimul cum succo fœniculi & anisi incorporentur: Postea tale emplastrum tepidum super inflationem ponatur. Item ad idem, Recipe absinthium & porros siue cæpas coctas sub prunis, & fac omnia simul bullire in aceto fortissimo, deinde ponatur epithema supra tumorem. Item ad idem, Recipe fabas elixatas & bene coctas cum farina frumenti & lardo seu axungia, & supra tumorem pone, quia mirè prosunt. Si verò tumor vel inflatio processerit ex humoribus in locis reclusis, quod cognoscitur per durum tactum & maiorem doloris sensibilitatem, emplastra frigida ad humorem alterandum & ad deinflandum superponantur, sicut est emplastrum factum de brancha vrsina, crassula, semperuiua, cymbalaria, quæ simul bene pistata, super tumorem ponantur: Post diem verò tertium emplastra superius posita ad maturandum & ad deinflandum fiant: & fiunt etiam in locis aliquæ vnctiones calidæ, minutiones tamen superpositæ tibiæ præcedent: Cum verò ad maturitatem peruenerit, filo vel ferro ad hoc apto pungatur vt sanies inde exeat.

De castratione Equorum. Cap. XCVIII.

Cias quòd in castratione Equorum magnum periculum est, nisi diligens adhibeatur cautela. Igitur diligens marescallus in mente aprilis vel maii luna decrescente Equum castrare debet, & prius tamē per duos dies Equus debet abstinere à potu. Et quia eos castrare cum ferro periculosum existit, & nisi marescallus sit assuetus & bene expertus in arte illa, quasi omnes periclitantur, melius est & tutius castrare eos, siue torquere sicut in bobus fit, quia hoc fit sine periculo: & cum torquentur, rumpantur bene omnes nerui vt Equus bene omnem superbiam perdat: nam si aliqui nerui dimittantur, retinet Equus de superbia. Et facta tortura testiculorum, vnguantur coxæ & etiam loca quotidie vsquequo sit locus deinflatus oleo oliuarum aliquantulum tepido, & equitetur quotidie aliquantulum lento passu, quousque Equus sit perfectè curatus. Item aliud experimentum optimum ad castrationem Equorum, & est melius & securius præcedente: præcedens enim experimentum vix habet locum nisi in pullis. Equi enim neruos habent adeo fortes & duros, quòd si castrentur ad bonum modum, seu torqueantur, citius corium rumperetur quàm nerui testiculorum frangantur: propter quod posset eis periculum mortis imminere. Et hoc experimēto vtuntur communiter Syri vltramarini & generaliter omnes orientales, qui indifferenter castratis Equis vtuntur. Debet autem dictum experimentū tempore veris fieri, vel tempore autūnali, vt nec in nimio frigore nec ab intēperato calore Equi possint offendi. Postquàm autem Equus cum omni cautela & mansuetudine quæ consueuit in talibus adhiberi, fuerit in terram proiectus, pedibus fortiter alligatis voluatur supinus: deinde adhibeatur vna tabula planissima fortis & sufficienter grossa vel spissa quæ à quolibet latere rotundetur, seu fiat rotunda, ita quòd nulla ab ipsis lateribus possit incidere, & sit lata inquantum bursa testiculorum possit protendi: ita tamen quòd testiculi seu oua testiculorum remaneant extra tabulam, & communiter vnius plantæ latitudo sufficere consueuit: hæc tabula perforetur à quolibet capite, ita quòd ab vno foramine ad aliud ad plus sit distantia vnius palmi, deinde habeatur chordula seu chorda fortis facta de canabe, vel de serico, quia fortior esset, & dicta chordula per foramina tabulæ intromittatur. Post hæc autem ipsa bursa testiculorum manibus fricatorum & extensorum, inter tabulam & quendam baculum bene rotundum, & grossum in quantitate vnius lanceæ grossæ vel pistilli ad salsamentum pistandum ponatur: & dictus baculus simili modo sicut tabula perforatus, immissa chordula in foraminibus vt tabulæ bene adhæreat, cum vno tortorio, inquantum fieri poterit, tabulæ constringuatur: Quo facto supra baculum ipsum cum vno malleo ligneo oportunis ictibus feriatur, seu percutiatur, & sic testiculorum nerui frangantur omnes vel in parte si peritus artifex velit: his peractis & neruis testiculorum fractis, vngantur crura & venter & omnes partes illæ circa testiculos seu testiculis adiacentes oleo oliuarum aliquantulum calido, & hoc fiat quousque loca illa & circumadiacentia fuerint deinflata. Custodiatur autem Equus bene à vento, quousque fuerit curatus, & equitetur quotidie lento passu manè & serò. Scias

autem quòd teſticuli paulatim incipient deficcari ,& annihilabuntur adeò quòd nullatenus apparebunt , burſa teſticulorum integra remanente . Et nota quòd ſi velis quòd Equus perdat omnino omnem ſuperbiam,facias quòd omnes nerui prædicti frangantur: Si autem velis quòd perdat in parte,facias quòd in parte frangantur.

De inflatione crurium, Cap. XCIX.

Ccidit autem quòd crura Equi poſteriora vniuerſaliter intumeſcunt, quod ex humorum ſuperfluitate currentium ad crura cõtingere con ſueuit , tamen multiplicantur ac diſſoluuntur , & ad infima loca decurrunt , vnde tempore tenerarum herbarum hoc maximè prouenit,propter humiditates & humores in corpore augmentatos , qui confluentes ad crura , tumores inducunt , & patientem in poſterioribus pigrum & grauem efficiunt . Vocatur autem hic morbus inflatio crurium . Cura,illaqueetur prius ſurſum in coxa patientis vena magna cruris tumefacti , & euacuato ſanguine ſicut decet,accipiatur creta alba trita decenter cum aceto fortiſſimo , & cum eis miſceatur de ſale bene trito , & ſimul omnia agitentur , vt fiat exinde velut paſta , & de tali paſta tumor cruris totaliter bis in die emplaſtretur bis renouando . Item ad idem valet ſtercus caprinum diſſolutum in aceto fortiſſimo cum tantundem de farina ordeacea agitatum & in modum paſtæ redactum,deinde crus inflatum ex eo totaliter emplaſtretur bis in die renouando vt ſuprà dixi . Item ad idem valet , Si abraſo loco prius, ſanguiſugæ circa crus tumidum vndique apponantur . Nam propter euacuationem ſanguinis minuuntur humores ibidem congregati . Item ad idem,coquantur ebuli cum radicibus, & lauentur ſæpe crura. Item ebuli cocti cum radicibus,& aliquantulum contriti,& circumligati poſt lotionem proximè dictam,mirabiliter valent . Item lauare crura cum ſucco radicum & foliorum ebuli ſubtiliat multũ crura , & deſiccat humores . Item ad idem , Recipe radicem filicis , & tere cum melle & axungia , & fac vnguentũ,& inunge crus inflatum per omnia loca tumoris: quia multũ confert. Si verò propter hæc omnia tumefactio non decreſcat, tunc inflata crura decentibus vtantur cauteriis ſeu cocturis.Curentur verò cocturæ ſicut infrà in Cap.de lerda dicetur.

De cruribus obliquis. Cap. C.

Bliquitas crurium fit ab errore naturæ , vt ſuprà dictum eſt, cui taliter ſubuenitur,Si crura poſteriora interius obliquantur.percutiendo vel interferiendo vnum pedem cum alio ingrediendo , decoquantur ferris ad hoc idoneis , in interiori parte coxarum tres lineæ ex tranſuerſo , deinde more ſolito equitetur iugiter,quoniã in ſuo greſſu cogitur vnam cum alia tangere vel confricare , vnde ex frequenti coxarum contactu ad inuicem quædam ibi naſcitur excoriatio ad modum plagæ , propter prædictas cocturas quæ Equo ardorem in ambulando inferunt,vnde ſentiens ardorẽ Equus neceſſariò incedit largius more ſolito , cauendo ſibi pro poſſe ne confricentur cocturæ ad inuicem , ne ſentiat inde ardorem . Similiter fiat de anterioribus, ſi anteriora crura obliqua habuerit Equus , faciendo cocturas , videlicet in la-

certis

certis: & sic crura obliqua etsi non ad plenum aliquo tamen modo emendātur.

De punctura calcarium in spatula uel alibi, Cap. CI.



Ccidit aliquando quòd propter puncturam calcarium in spatula Equus claudicat, & in ea parte fit quidam tumor seu inflatio, quod propter neruorum accidit læsionem. Cura, Abradatur locus ille, & fiat emplastrum quod infrà in Cap. de verme anticor dicto ponetur, videlicet, Recipe brancham vrsinam, absinthium, hederam terrestrem, maluam, spagulam rubeam minorem, & rutam cum suis radicibus, quæ simul tere & decoque & supra tumorem pone, ita quòd emplastrum sit tepidum, & circa puncturam calcarium cæpe vel porrum cum absinthio tritum & oleo oliuarum superponatur, & per totam tumefactionem fiat inunctio de dialthæa & oleo laurino. Item vbicunque fuerit punctura calcarium abluatur locus cum aqua salsa, seu ex aqua salsa macra, & postea vrtica pistata superponatur. Item, Si ex hoc aliquis tumor contigerit, & sanies ibidem colligatur, fiat stuellus vel stupigium de cyclamine seu malo terræ seu pane porcino, quod idem est, & inungatur ex sapone Iudaico, & sic inunctus in foramine mittatur vt sanies & putredo egrediatur.

De læsione Falcis, Cap. CII.



Aeditur Falx Equi diuersis occasionibus, aliquando læditur ex ictu calcis Equi, aliquando ex spina vel trunco ibidem intrante, vnde falx Equi læditur totáque tumescit. Et quia falx Equi locus delicatus est & neruosus parúmque carnosus cum læditur ibi Equus affligitur, & patitur vehementer. Vulgariter autem hæc læsio, falcis læsio nuncupatur. Cura, Si falcis læsio ex duri loci percussione vel falcis ictu contingat, radatur totus locus tumoris, deinde recipe absinthium, parietariam, brancham vrsinam. d. & de foliis omnium eorum quod est tenerrimum añ. & terantur cum axungia porcina veteri in bona quantitate, postea bulliant in aliquo vase mundo, & misceatur cum eis aliquantulum mellis, olei, lini & farinę tritici, agitando continuè donec sit bene coctum, postmodum super læsionem falcis ponatur calidum inquantum poterit sustinere, ligando cum pecia aliqua decenter, & ter vel quater vel amplius, si expedire videbitur, remoueatur in die. Item ad idem valet satis succus absinthii & apii, & de cæra & axungia veteri æqualiter, & aliquantulum vini albi & olei, & bulliant ad inuicem omnia simul agitando & immiscendo ibi farinam tritici vel frumenti in congrua quantitate, quibus decoctis superponatur loco tumoris modo prędicto. Item ad idem valet succus absinthii cum melle, butyro, & oleo añ. simul agitatis, & cum farina frumenti decoctis & agitatis vt suprà. Si verò læsio falcis fiat ex trunco vel spina intrante, curetur per omnia, sicut in curis vulnerum propter truncos vel spinas contingentium, vt ibi continetur apertè. Si verò illa tumefactio putredinem generauerit, quod sæpe contingit, coquatur pars tumoris inferior ferro cuspideo vbi putredo magis declinare videtur perforando, vt congregata exinde sanies educatur seu egrediatur: deinde inungatur locus læsionis butyro cum aliquo vnctuoso bis in die.

Si verò tumor sit induratus, sic vt superossum durum fiat, cocturis decentibus super corii superficie decoquatur.

De Spauanis Equi, Cap. CIII.



Est quædam læsio siue morbus in Equo circa garectum ex latere interiori subtus garectum parum inferius, quandoq; tumorem inducens circa venam magistram quę dicitur Fontanella, attrahens ibi humores assiduè per dictam venam: vnde cum fatigatur Equus cogitur ex hoc non modicum claudicare. Accidit autem Equo in vena quę dicitur Fontanella per omnia sicut in Ierda,& hic morbus dicitur Spauanus siue Scauani. Cura, Radatur primò locus, deinde recipe radicem maluæ visci bene coctam, & pisſetur cortex, ponaturq; supra locum bis vel ter vel quater, deinde recipe semen sinapis pisti & radicē maluæ crudæ minutatim incisæ & pistæ,& puluerem stercoris bouini bene assati in igne,& omnia simul pista,& de vnoquoq; ad libitum, et omnibus supradictis addas acetum fortissimū, & incorpora omnia simul, & fac vnum emplastrū liquidum,& pone super locum ter vel quater ad plus, bis in die scilicet manè & serò,& superponatur pecia & ligetur,& supra peciā stuppa deligetur, ita quòd emplastrum nō remoueatur de loco & liberabitur: Postmodum superponatur pix subtiliter posita in pecia & calefacta ad ignem,& non remoueatur quousq; cadat. Cura, Cum illa tumefactio efficitur suprà garectum in interiori parte iuncturæ garecti, statim laqueetur decenter sursum in interiori parte coxæ vena prædicta, scilicet fontanella, quæ tendit inferius per mediū spauanorum, adducēs ibi humores & tumorē: illaqueata vena dicta & incisa postmodū, vt decet, euacuetur sanguis intantū quousq; per se sanguinē non emittat, deinde statim tumores spauanorū per longū & per obliquum cocturis decentibus decoquantur: postmodū fiat per omnia sicut infrà in Cap. pximo continetur. Et nota φ cum Equus dolet non debet coqui in loco dolente, eò φ coctura dimittit in eo statu quo inuenit: Sed procura prius remouere dolorē de loco,& ipso remoto, si necessarium fuerit, coque. Et ad remouendum dolorem, Recipe micam panis grossi & ipsam frigas in sartagine seu patella in modico vino acsi esset oleum,& ipsam sic frixam pone calidam super locum,& curabitur.

De Ierda & eius cura, Cap. CIIII.



Ierda est quædam mollis inflatio ad magnitudinem oui, aliquando minor quætam in exteriori quàm in interiori parte nascitur in garectis, & aliquando naturaliter euenit ex materia corrupta in vulua ex qua generatur animal, ex corruptione dati nutrimenti à generante: aliquando euenit accidentaliter Equis propter nimium laborem & crebrā equitationem cum festinantia. Contingit autem maximè iuuenibus Equis & pinguibus propter teneritatem & eorum repletionem: Ex nimio namque labore vel equitandi festinatione calescit Equus: Calor autem dissoluit humores; humores autem dissoluti & mali currentes per diuersa loca corporis generant morbos secundum qualitates eorum,& abinde suscipiunt morbi denominationem: Quidam à materia, quidam à loco, quidam verò denominantur ab effectu, quidam ab alicuius similitudine: vnde si humores ita dissoluti decurrant ad ga

rectam

rectã generãt Ierdã,sicut vulgariter appellatur. Decurrunt autẽ humores ad crura magis: quia cum magis sint in motu magis calefiũt, vnde maior fit attractio humorũ, & quia humores magis inferius currũt per grauedinẽ figũtur in garectis magis ,ppter loci habilitatẽ. Si verò ad alia loca humores fluxerint, secũdũ diuersitates locorũ suscipiũt diuersitatẽ nominũ, & secũdũ qualitates: quia qdã vlcerãt, quidã tumefaciũt, quidã duri sũt & grossi, quidã molles, quidã subtiles, quidã generãt aliquãdo interius morbos, quidã sensibus manifestos. Si quis autẽ dicat, cur boni humores non ita dissoluũtur & decurrũt sicut mali? Respõdemus, Boni humores semper custodiuntur & reguntur à natura donec nimis superfluant, ita quòd eos natura regere non possit, & postquam natura eos regere nõ potest dimittit eos, & sic corrumpuntur: vnde natura vigente, semper regit eos & custodit: ipsis autem corruptis, natura nititur eos expellere sicut potest, vnde membra potentiora & nobiliora expellunt eos à se, & mandant seu trãsmittunt debilioribus, adhuc & illa si possunt mandant aliis, & cum debiliora membra susceperint ipsos, quæ à se repellere nõ possunt propter debilitatẽ virtutis membrorum, morantur in eis & faciunt morbos: membra verò potentiora & nobiliora bonos humores retinent ad nutrimentum & custodiam ipsorum, & sic bonos humores penes se retinent, malos autẽ abire permittunt: & si quodlibet mẽbrum bonos humores penes se retineat, non possunt ad alia loca currere nisi secundum quòd vnicuiq; membro mittuntur à natura propter sui nutrimentum & defensionem & custodiam virtutum suarum, malos autem expellunt, vtpote & inimicos sibi & noxios. Si contingat autem bonos habundare, non faciunt morbos nisi in quantitate peccantes: morbos autem faciũt postquàm à natura relinquuntur, cum non valet eos ob multitudinem tolerare. Fac per omnia curam positam suprà proximo Cap. quod incipit, Radatur primò locus, deinde recipe radicem & cæt. Cura, Cum Ierda vel inflatio fuerit in garectis, decoquatur cum ferro ignito in medio tumefactionis vel Ierdæ per lõgum & obliquum in hac forma:



Et hoc facto, accipiatur stercus boumum recens cum oleo calido agitatum, & superponatur cocturis semel & non amplius, postmodum Equus decoctus tam anterius quàm posterius muniatur cũ collario baculorum ad collũ, & cũ pedicis siue pastoriis & retinis taliter alligatis vt cocturas nullatenus ore tangere possit, nec pedibus cõfricare, vel ad hibendo alicui duro loco & confricando violenter cocturarũ locũ valeat excoriare: nam propter continuum pruritum locum libenter fricaret, & forte morderet si posset attingere quoquo modo. Caueatur autem ne cocturę tangantur sordibus vel ab aqua à die decoctionis vsq; ad nouem dies, vel decem diebus Equus in aqua frigida velocissima teneatur, & hoc diligentius obseruetur. Cocturæ verò semel in die oleo aliquantulum calido inungantur. Excoriato verò cocturarum loco, & ab eodem corio separato: transactis autem nouem diebus, ita tamen quòd aqua tangat cocturam à summo mane vsq; ad mediam tertiam: deinde Equo ab aqua remoto puluis terræ subtilissimus vel cinis filicis attaminatus subtiliter super cocturarũ lineas aspergatur. Similiter ab hora ue-

ſperarum vſq; ad ſolis occaſum in aqua frigida, vt prædictum eſt, moretur, & eo extracto ſuperponatur prædictus puluis vt dixi: taliter fiat quotidie manè & ſerò donec vlcera ignis conſolidentur: nam aqua velox & frigida humores deſiccat, & vlcera ignis conſolidat & conſtringit. Et nota quòd in quacunque parte corporis Equus coquatur, debet diligentiſſimè cuſtodiri ne cocturas mordeat vel fricet: quoniam propter nimium pruritum euenientem vſque ad neruos & oſſa ſeipſum corroderet & morderet. Quidã verò taliter curant cocturas: factis cocturis manè, vt dictum eſt, poſt meridiem ſuperponunt ſtercus bouinum calidum & deinde per tres dies, poſt triduum vngũt oleo calido cũ penna, poſt ignis mortificationem imponunt cinerem calidum donec ſanetur. Paſſio lerdarum quæ conſueuit naſci in foueis iuncturarũ & ſuper neruos & in concurſibus iuncturarum, vix vel nunquam curari poteſt niſi in principio ſui. Quidam tamen ſic curant lerdas, Vena illa quę directè ad locum illum deſcendit illaqueetur ſiue ligetur: illa verò inflatio ſiue tumor per longum ſcarificetur, & fiant ibidem emplaſtra & vnguentum ad maturadũ vt humores minuãtur & conſumãtur. Item ad idem, Teratur ſquilla cum radicibus bruſti, deinde miſceatur cum oleo communi & ſuperponatur, quia mirabiliter operatur.

De Curba Equi, Cap. CV.


Vrba Equi eſt paſſio quæ accidit Equo ſubtus caput garecti in magno neruo poſteriori, tumorem faciens aliquem per longitudinem nerui prædicti & eum continuè lædens, & quia dictus neruus quaſi ſuſtinet totum corpus, eo læſo, cogitur Equus neceſſariò claudicare: Accidit autem hoc cum iunior Equus indebitè forſitan equitatur, aut cum ei onus ſuperponitur vltra poſſe: tum enim propter teneritatem ætatis, tũ propter grauedinem oneris neruus cogitur incuruari, & ob hoc hic morbus vocatur Curba, Recipe taxũ barbatum, & coque diu in multa aqua, nec poterit multum coqui, in illa aqua aliquãtulũ calida laua diu Curbam & partes illas ſuperius, & poſt dictam lotionem immediate dũ adhuc ſunt pori aperti, habẽs de dicta herba parũ cocta & aliquãtulum trita ſuperliga vbi eſt Curba, & circa partes illas hoc fac ſępe: nam ſi Curba eſt iuuenis ſeu recens infra annum curabitur. Cura, Cum ille neruus læſus incipiens à capite garecti tendens inferius iuxta pedes in poſteriori parte cruris videbitur aliquantulũ incuruari vel plus ſolito augmentari, tunc inſtanter prædicta tumefactio nerui tam per longum quàm per obliquum crebris cocturis & decẽtibus decoquatur, deinde fiat per omnia ſicut ſuprà in Cap. de lerda dictũ eſt. Et eſt ſciendũ quòd quotiẽſcunq; cocturæ fiunt in cruribus, fieri debent per longum & obliquum ſicut pilus qui deſcẽdit inferius: quoniam cocturæ per longum & obliquum factę magis cooperiuntur à pilis, & minus apparent quàm ſi fiant improuidè & ex tranſuerſo, & minus Equum offendunt ſi neruus aliquis crurium tãgatur ab igne. Item ad idem, Scindatur corium per lõgum quantum eſt Curba, deinde ponas peciam lini in vino calido, & ſuperponas viride æris, & dictam peciam cum vino calido & viride æris ponas ſuper ſciſſuram donec Equus ſanetur.

De furina

De furina Equi, Cap. CVI.



Ccidit quædam infirmitas Equo,quæ furina vocatur vulgariter, inter iũcturã pedis & vngularũ ſupra coronã pedis, propriè in paſtura faciens in ſui principio quandã inflationẽ vel calloſitatẽ carniũ ſupra pedem. Contingit autem ex percuſſione ſeu obuiatione alicuius duri loci ſeu rei duræ occaſione & indecentis pedicæ ſeu paſturæ ſolet ſæpius euenire, & niſi in principio ſuccurratur, celeriter efficitur ſuperos duriſſimum, & aliquando extenditur per coronam, vnde patiens in ſuo greſſu patitur vehementer. Cura, Si furina eſt iuuenis vel ex negligentia forſitan antiquata, fiat per omnia ſicut in cura de ſuperoſſibus edocebitur, & ideo require infrà in Capite de ſuperoſſibus,& ibi inuenies curas varias & diuerſas. Et nota quòd prædicta infirmitas eſt nimium tedioſa greſſibus patientis, quoniã locus vbi naſcitur eſt valde neruoſus, de venis etiam & arteriis intricatus.

De ſpinulis ſiue ſpinellis Equi & eius cura. Cap. CVII.



Pinula ſiue ſpinella eſt quædam paſſio eueniens ſubtus gareƈtum circa iuncturam oſſium eiuſdem gareƈti in vtroq; latere eueniens, generans ſuperos ad modum magnitudinis vnius auellanæ, aliquãdo maius,aliquando minus, quod intantum ipſam iunƈturã reprimit quòd Equus multotiens claudicare cogitur, qui morbus ſimili modo accidit Equo ſicut ſuprà de curba diƈtum eſt. Vulgariter autem nuncupatur Spinula vel ſpinella. Cura, Cauterizentur ſpinulæ ſeu coquantur decentibus & crebris cauteriis ſeu coƈturis per longum & obliquũ ſicut videbitur melius expedire, deinde curentur cauteriæ ſicut ſuprà de lerda edocetur. Notandum verò eſt ꝙ cum ſit ignis omnium ferè infirmitatum Equorum cura, & medicinarum Equorum vltimum remedium, ſemper fiant cauteriæ ſeu coƈturæ profundæ decenter, vt non oporteat ignis remedium iterare.

De ſuperoſſibus Equi, Cap. CVIII.



Iunt præterea in Equi cruribus plurima ſuperoſſa ex diuerſis occaſionibus generata, aliquando ex iƈtu calcis, aliquando ex percuſſione, aliquando ex alicuius duri loci oppreſſione, aliquando ex humore viſcoſo illuc decurrente, & hæc conſueuerunt in pullis frequenter accidere magis quàm in Equis perfeƈtæ ætatis: vt in pluribus autem non ſunt tantum ætatis nociua quantum crura Equorum reddunt turpiſſima ad videndum,quæ non ſolum in cruribus,verum etiam in pluribus aliis oſſibus corporis generantur, omnia enim ſumunt initium à tumore. Hæc autem paſſio Superos dicitur,eò quòd nunquam niſi ſuper os naſcitur. Fit autem hoc modo, Dum tibia vel alius locus percutitur ſeu colliditur,fit ibi dolor, & omnis dolor exacuit rheuma,& ad locum dolentem confluunt humores & ſpiritus,quare humor terreſtris & viſcoſus decurrit ad locum illum, & quia non habet exitum, propter cutem ſuperpoſitam,retinetur ibi, vnde maiorẽ aſſumit terreſtreitatem & ſolidationem, & ſic in quoddam collum gerens duriciem oſſis tranſubſtantiatur. Idem fit ſi humor viſcoſus ſit decurrens ſuper os: quoniam in oſſo viget virtus attraƈtiua,vnde attrahit illum humorem,nec permittit alibi decurrere, &

tum

tum frigiditas ossi superpositi cum frigiditate & siccitate sua coartatur & indurescit, & quasi in ossis essentiā transmutatur. Fac curam positam suprà in Cap. de Scauanis, quæ incipit, Radatur primò locus, deinde recipe radices & cæt. hoc excepto, quòd in superossibus non apponitur puluis stercoris bouini, cum omnia ferè superossa à quadam callositate carniū facta in loco incipiāt: statim quòd illa callositas apparebit, optimè & vniuersaliter abradatur, deinde fumatur quod magis tenerum est de absinthio, apio, parietaria, & brancha vrsina. Deinde terantur seu pistentur omnia simul cum sufficiēti axungia porcina veteri. Postea omnia sic mixta insimul decoquantur, & sic decocta, calida quātum pati poterit Equus ponantur super callositatem prædictam, ligādo super locum decenter. Et nota quòd prædictum mollificatum mirabiliter confert ad omnes inflationes crurium ex percussione contingentes. Item ad eandem callositatem penitus destruendam, Recipe radicem maluæ visci, & radicem lilii, & radicem taxi barbati, & trita simul seu pista cum sufficienti axungia, & postea simul cocta, postmodum superposita in modum emplastri, idem sæpius renouando, vtile remedium reperitur. Item ad idem valet cæpe assatum tritum, & cum lumbricis terrestribus agitatum, & cum oleo oliuarum commixtum, quæ omnia simul coquantur, & decocta & calida quantum Equus pati poterit superponantur, renouando bis vel ter in die, & qualibet vice debet emplastrum nouum & recens fieri. Si verò illa callositas sit vetusta & dura, abraso prius bene loco, scarificetur cum lanceta minutè vt sanguinet quoquo modo: deinde puluis factus ex sale & tartaro æqualibus bene tritis superponatur callositati, & ligetur cum pecia strictè & sic maneat per tres dies, postmodum dissoluatur, & inungatur butyro vel aliquo vnctuoso. Item ad idem, Raso prius loco, recipiatur vnum ouum & decoquatur super carbones vsq; ad duriciem, deinde mundetur à cortice & ponatur calidum supra dictam callositatem ad modum placentulę, & strictè ligetur, & vsq; ad tres dies bis in die vel amplius si expedire videbitur, ouum taliter remoueatur. Item ad idem valet stercus caprinum cum farina ordei & creta in aceto fortissimo agitatum, & in modum emplastri superpositum. Alii dictum emplastrum de stercore caprino farina ordei & creta coquunt in aceto fortissimo & calidum superponunt. Si verò iam dicta callositas propter medicamina non decrescit, sed potius in superossum durum redigitur, seu etiam si fuerit superossum antiquum, cum cocturis (quod est optimū remedium) succurratur. Quidam verò sic curant superossum, Infundunt primò locum superossi cum aqua frigida, deinde superponunt ferrum supercalidum vt depiletur locus, postea superponunt tale vnguentum, Recipe viride æris, sulphur, albam ceram, oleum, sepum, & lardum, dissoluantur ad ignem & misceantur singula, & ex hoc vnguento locus superossi vngatur. Alii curant aliter, Primò radunt locum, postea scarificant locum, ita vt sanguinet, deinde lauant cum saponata ex aqua calida, postea superponunt semen sinapis bene tritum cum succo matritariæ, vel mixtum, & in modum pastæ redactum à sero vsq; ad manè dimittunt sup locum, postea inungunt cum oleo calido, quousq; sanetur. Item ad idem, scire debes quòd superos aliquando nascitur in cruribus, aliquando in maxilla, aliquando

quando in aliis locis propter nimiam læsionem ossis. Cura, Radatur bene locus, postea cum vnguento pentaminon multotiēs vngatur, & bene fricetur, & tabula calida facta de cornu cerui vel buxo superponatur, vt vnguentum vsque ad superossum perueniat. Vnguentum pentaminon hoc modo fit, Recipe axungiæ veteris porci partes tres, olei vitellorum ouorum partes duas, mellis crudi partes duas, cæræ albæ partem vnam, resinæ partem vnam, olei laurini partes quinque, & fit oleum laurinum purum factum de branchis lauri: oleum vitellorum ouorum sic fit, vitella ouorū bene cocta durissimè & contrita in patella ferri super lentum ignem ponantur, & coquantur quàmdiu egrediatur oleum, omnia supradicta sex super ignem ponantur & coquantur omnia simul quousque liquefiant, liquefacta per pannum lineum colentur, & sic habebis perfectum vnguentum pentaminon: Prædicto vnguento superos & galla quando crescit in iuncturis sæpe vngantur, vbi non laudo ferrū vel ignem vel aliquod corrosiuum apponi, vidi enim quosdam deterioratos propter appositionem ferri supra iuncturam factam ab imperitis. Si superos in iunctura non fuerit, cum gracili ferro & acuto perfodiatur donec existimetur quòd ferrum vsque ad medium superos̄si peruenerit, postea curetur sicut dictum est suprà. Item ad idem, Recipe in descensu lunæ per tres vel duos vel vnam diem finem salis gemmæ quantum vis, & puluerisa, & misce cum oleo oliuarum donec fit sicut vnguentum, postea rade locum superossi & pone prædictum vnguentum in loco raso, & liga strictè cum panno & fac quòd sit ibi continuè vsque ad tres dies, renouando tamen vnguentum bis in die, & custodias bene locum rasuræ de aqua. Item ad idem, & non negligatur cura superossis: quia postquam superos fuerit perfectè induratum & ingrossatum, vix aut nunquam poterit curari, maximè si super iuncturas aut loca intricata fuerit exortum: vnde si non fuerit in loco intricato, primò cauterisetur bene desuper cum ferro lato ad hoc apto, & maximè si sit in cruribus, vena superiori ibidem existente prius diligentissime ligata: Postea verò cum quo iam ferro acuto minutissimè cauterisetur & cum sale & aceto fortissimè fricetur. Consequente statim desuper cæra cum lardo liquefiant, & circa locum vnguentum tale ponatur, Recipe frondes caulium viridium, extremitates seu climias ruborum, & aliquantulum squillæ, & hæc conficiantur cum axungia. Nota quòd talis morbus sæpius oritur super iuncturas, vnde propter neruorum suppositionem nec ignis nec ferrum debet apponi, sed si infirmitas fuerit in suo initio, fiat huiusmodi emplastrum, Recipe raphanum, squillam, & succum anabulæ & tere cum sale, pipere, & nitro, deinde locum abradas, vel pilos cum ferro consumas, postmodum superponas dictum emplastrum, & super locum liga, & hoc facias per aliquos dies. Item aceto locus sæpe abluatur si supra iuncturam fuerit superos, & maxime si fuerit in principio seu nouitate. Vltimum remedium est ꝙ abradatur fortissimè locus ille ita ꝙ cutis superficies remoueatur omnino, deinde luna seu lununcellus diuidatur per mediū, & modicum arsenici in lineam ponatur seu intromittatur: consequenter dicta medietas cum arsenico supra locū superossis ponatur & strictè ligetur, & hoc fiat donec superos ex toto fuerit consumptum, & cum hoc remedio iam multos Equos curaui.

Item ad ſuperos Equi, Recipe herbam quæ dicitur apium riſus, & ipſam bene piſta, deinde abraſo loco, ad modum emplaſtri ſuperligetur, & per vnam noctem teneatur, manè autem inuenietur deſiccatum & maturum, vel circumquaque inciſum ita quòd vnguibus extrahi poteſt, poſtea locus repleatur carne & pilis medicaminibus oportunis. Curat etiam gallas & ſcrofulas. Item vnguentum ruptorium mirabiliter valet ad hæc. Item ad idem, Recipe ſaponem ſarracenicum arſenicum & calcē viuam æqualiter, quæ omnia ſimul bene pulueriſa, quo facto abradas pilos ſuperoſſis bene, & locum ſcarifica fortiter, ita quòd ſanguis fortiter exeat, deinde habeas teſtam nucis, & eam imple tali emplaſtro, & ligetur fortiter ſuper locū ſuperoſſis, & ſtet ſic nec amoueatur per diē naturalem, poſtea eleuetur. Item ad idem, Sulphur cum reſina ſolutum ſuperpone et curabitur, loco ſuperoſſis prius raſo & ſcarificato vt ſuprà. Item ad idem, Primò radatur ſuperos bene & fortiter ita quòd ſanguinet fortiter, deinde recipe cutem porcinam antiquam quæ ſtetit ſuſpēſa per annum ad minus, & radas quaſi totam pinguedinem, ita quòd quaſi videantur pili ſeu ſetæ, poſtea de dicta cute recipe quātum eſt ſuperos & ſuppone, & liga fortiter & ſic ſtet per tres dies, poſt triduū remoueatur & tū inuenietur ſuperos liqueſactum ſicut aqua, tunc coriū cum ſubula perforetur & aqua illa exhibit ex toto, & Equus curabitur. Item ad ſuperoſſum, Radatur primò locus ſuperoſſi, poſtea cum làco la in multis locis tangatur, deinde ſpongia matina aceto infuſa ſuperligetur & non remoueatur, ſed frequenter & multotiēs in die ſuperguttetur, ſeu proiiciatur de aceto vt ſpongia deſiccari nō poſſit, & dimitte ſic per quinque vel ſex dies, poſtmodum remoue & inuenies ſuperos conſumptum.

De Gallis & earum cura, Cap. CIX.



Galla eſt quædam mollis tumefactio ad modum veſicæ, magna vt auellana vel nux, aliquando maior, aliquando minor, quæ circa iuncturas crurium iuxta vngulas generatur, & hoc accidit aliquando naturaliter, aliquando accidentaliter. Naturaliter contingit quoniam in vulua propter parentes qui eandem ægritudinem paſſi ſunt paſſionem iam dictam concipiunt, ſicut ſuprà in Cap. de lerda dictum eſt: & licet cauſa ſit eadem vniuerſalis, diuerſitas tamen humorum & locorum diuerſitatem faciunt morborum. Accidentaliter autem accidit ex immoderato & graui exercitio, diſſolutis exinde humoribus & confluentibus ad locum, aut ex vaporibus & fumoſitatibus ſtabuli, Equi cruribus madefactis. Fac curam poſitam ſuprà in Cap. de Spauanis quæ incipit, Radatur locus, deinde recipe radices & cætera: hoc tamen addito quòd ad curam Gallarum adduntur ſupradicti lupini inciſi bene piſti. Cura, Conſueuerunt aliqui Gallas curare ſic, Primò ſcindebant loci corium Gallæ cum lanceta, & veſicam illam vel tumefactionē de qua ſit Galla vngulis exterius excoriando vel excarnando cautius extrahebant ſeu extirpabant. Item ad idem aliter, Sciſſo corio cum lanceta, vt dictum eſt, reſalgar bene tritum intromittebant, & ſic talem veſicam vel Gallam totaliter deſtruebant: Sed experientia pluries docuit quòd deſtructa Galla cum reſalgari, iterum humoribus confluentibus ad locum, iterum Galla renaſcebatur ibidem,

nec

nec ex hoc plenè & congruè curabatur: Equis etiam prædictæ curæ periculosæ non modicum existebant: quoniam locus iuncturarum cruris, venis & arteriis est plurimum intricatus, idcirco satis timendum est loca illa incisione vel coctura curari, & ideo quod melius & salubrius noscitur esse, experientia confirmante, subscribam. Curabis ergo Gallas in hunc modum, Equus gallosus & mane & serò vsque ad genua diu in aqua frigida vel velocissima teneatur, donec Gallæ constringantur modo aliquo, & decrescant propter aquæ repressionem: deinde fiant circa iuncturam tam per directum quàm per obliquum cocturæ decentes, quæ postea (sicut dictum est in Capitulo de lerda) curentur, & sic tum propter aquæ desiccationem, cum propter acerrimam cocturam Gallę, augmentari non valent materiæ sed decrescunt. Quidam autem aliter curant, quia faciunt cocturas desuper & desubtus cum ferro ignito. Alii lauant eas cum forti aceto, & postea vngunt melle, deinde superaspergunt melli puluerem cerusæ super tegulam calefactam, deinde superligant cortices vitis albę mundatos & tritos cum aceto cum pecia linea, hoc dicitur expertū esse: & licet prædicti morbi etiam accidentaliter contingant Equis, quia naturaliter accidunt eis in vulua, ideo inter naturales connumerantur. Item ad Gallas, Recipe radicem cumini, & tere bene cum sale, deinde superponatur, quia cito sanabitur Equus. Item ad idem, Ligetur vena illa quæ in pectore primo diuiditur, & ad organica & crura descendit, deinde perforetur quælibet cum subula vel ferro acutissimo, vt humores euaporent, deinde calx viua cum oleo desuper ligetur & vngatur. Item ad idem aliud, Hedera terrestris, absinthium, & cura cum radicibus suis bulliant, & desuper ponantur. Item ad idem aliud, Tegulæ seu lateres feruentes in aceto fortissimo extinguantur, deinde super Gallas frequentissime ponantur ad desiccationem humorum: aliqui occultant seu reprimunt Gallas cum succo cęparum, vel foliorum porri: nam succus foliorum porri vel cæparum emplastratus super Gallas restringit ipsas taliter quòd non apparent: sed si Equus fatigetur aliquantulum infra quatuor dies redeunt. Nota quòd hæc passio raro curatur, quia nascitur in locis intricatis, vnde competentem curam adhibere non possumus, quia ferrum & ignem apponere non debemus nec audemus. Item de dolore & indignatione neruorum dicitur infrà in Cap. 176.

De Equo Attincto. Cap. CX.



It quandoque casualis quędam læsio in neruo magistro cruris anterioris acriter neruum lædens & indignans & tumefaciens, quæ contingit vt in pluribus ex festino cursu Equi vel ingressu, cum à crure posteriori percutitur in pede anteriori, in neruo videlicet prælibato, quare cogit Equus necessariò claudicare. Et hęc infirmitas Attinctus vel Attinctio appellatur. Et hæc passio consueuit accidere duobus modis, vterque tamen modus similem ferè curationem requirit, videlicet attinctum semper fit in neruis anterioris cruris sub iunctura genu, & fit pręcipuè quando aliquid obstat pedibus anterioribus, vel quādo pedes anteriores tardè mouentur, & pedes posteriores neruos anteriores cōprimēdo lędūt: alius modus est, videlicet cū fit nernorū

extensio ex nimio impetu conaminis, vel quando inter lapides pes posterior retinetur: vnde ex impetu conaminis nerui vltra modum extenduntur, & sic hæc passio generatur. Signa ad hanc passionem cognoscendam sunt ista, tumor manifestus in parte vbi neruus est læsus, & claudicatio ex eadem parte. Cura, Statim cum neruus prædictus ex causa prædicta fuerit læsus, & videbitur tumefieri, tunc à vena consueta super genua paululum adiacente ab interiori parte minuatur, vt educantur humores eodem concurrentes: deinde fiat subscriptum mollificatiuum & humectatiuum, valens contra tumefactionem & indignationem neruorum, Recipe fœnigræci, seminis lini, squillam, terbentinam, & radicem maluauisci æqualiter, postea terantur omnia simul cum veteri axungia porci, & bene incorporentur, postmodum simul bulliant bene agitando prædicta continuè: quum fuerint bene decocta ponantur decenter calida super longitudinem nerui, & quum aliqua pecia ampla congruè ligentur: prædictum verò emplastrum bis in die tantummodo remoueatur. Recipe item ebulos cum radicibus, & coque in aqua, & de aqua decoctionis laua tibiam totam, deinde statim post dictam lotionē habeas de dictis ebulis cum radicibus parum coctis & aliquantulum pistis, & liga supra & circa attincturam. Item succus ebuli & radicum ipsius sæpe in die applicatus attincturæ, & circa partes illas multum confert. Item ad remouendum tumorem & dolorem, Calefac mel & immisceas cuminum tritum in bona quantitate, & terbentinam tritam, & incorpora omnia simul, & emplastra tibiam, & hoc fac pluribus diebus: si vetus emplastrum remouere volueris, remoueas lauando tibiam vino tepido. Item ad idem experimentum probatum, Recipe myrrhæ, thuris añ. ℥. i. terantur & dissoluantur in aceto forti. Recipe item resinæ pini albæ ℥. 2. picis nigræ ℥. 1. sepi hircini ℥. 2. ceræ nouæ ℥. 2. & distemperentur ad ignem cum modico vino, & superaddantur terbentinæ ℥. 6. item masticis, sanguinis draconis, boli armenici añ. ℥. i. & semis, incorporentur omnia supradicta simul & puluerisa, & fac emplastrum, quod extensum super aliquod corium emplastra super neruum & tibiam tumidam, & liga & dimitte stare duobus vel tribus diebus: & si opus fuerit reitera bis ter vel quater: probatum est. Item ad idem satis valet, si cæpe assatum, tritum cum lumbricis terrestribus & limatis, & cum butyro liquefacto misceatur & decoquatur, simul agitando donec fiat grossum siue spissum sicut vnguentum, deinde abraso neruo per longum, ter in die de prædicto vnguento neruus totaliter inungatur. Si vero attinctio sit vetusta, flebotometur Equus de vena consueta, quæ iacet inter iuncturam & pedem ex latere interiori vel exteriori, & fiat postea medicamentum quod dixi superius. Si vero prædicta medicamenta per aliquos dies experta & probata parum aut nihil profecerint, tunc læso neruo abraso bene circumquaque fiat strictorium de puluere rubeo, & oui albumine, & farina, prout dictum est suprà in Capitulo de male ferruto Equo, & ex eo per longum vt stat lęsio crus cum lino vel canabe inuoluatur, quod vsque ad nouem dies exinde remoueri non debet: postea cum aqua calida strictorium remoueatur leuiter à crure, vngendo lęsum neruum semper cum aliquo vnctuoso.

Si verò

Si verò omnia prædicta non valent,tunc cum cocturis decentibus (quod est vltimum remedium) succurratur. Item ad idem, Locus attinctionis,& vbi tumor est,radatur, deinde superponatur emplastrum subscriptum, Recipe cæpas,& super prunas bene calefacias, deinde ipsas cæpas cum frondibus porrorum & absinthii simul pista,hoc emplastrum sæpius superponas,vt pori aperiantur. postmodum superponas emplastrum mollificatiuum: cũ tali medicamine iam multi Equi curati sunt. Commune remedium ad attinctionem qualitercunq; veniat & quacunque occasione,Fiant supra locum tumidum leues cocturæ ad modum craticulæ,vt nerui vltra modum extensi contrahantur,deinde loca patientia curentur , vt pili postea renascantur , oleo de vitellis ouorum secundum nostram doctrinam facto,omnia cauterio sæpe & sæpius pungantur. Item ad idem,Si attinctio sit recens,prima vel secunda die iunctura & locus scarificetur,vt per scarificationem sanguis exeat,postea gallus scindatur per medium, & superponatur calidus cum omnibus intestinis : Et si iam pluribus diebus steterit , Recipe duo cochlearia sanguinis,fuliginis cochlearia tria,salis cochlear vnum, aceti optimi cyathum vnum,stupparum tritarum manipulum vnum,bulliant omnia insimul super ignem, & emplastrum calidum quantum sustinere poterit superponatur,& mutetur semel in die donec dolor discedat.

De Grappis, Cap. CXI.


Grappæ fiunt in iuncturis crurium circa pedes rumpentes ibi carnes per longum,& quandoque ex transuerso,more solito , incidentes per scissuras continuè putredinem emittentes vel aquam ex superfluitate humorum ad illum locum descendentium , & intantum patientem affligunt quòd cogitur claudicare . Cura , Primò pili iuncturæ patientis depilentur modo subscripto , Accipe calcis viuæ partes tres , & auripigmenti partem quartam , quæ simul optimè terantur ,& in aqua feruentissima ponantur , & simul agitentur , & tam diu decoquantur in dicta aqua agitando donec penna aliqua ibidem immissa depiletur instanter : de tali decoctione iunctura læsa grapparum vngatur , & sit tantum calida quantum patiens poterit sustinere , & dimittatur ibi prædicta decoctio donec pili iuncturæ sine difficultate pilentur , postea cum aqua sufficienter calida lauentur grappæ , vt pili qui sunt supra grappas penitus cadant: postmodum depulsis pilis, lauentur grappę cum aqua decoctionis maluarum , sulphuris , & sepi arietini , quorum substantia ligetur cum pecia postea circumcirca iuncturas læsas à serò vsque ad manè,& econuerso de manè vsque ad serò , subsequenter fiat vnguentum de sepo arietino, cæra noua, resina,& gummi abietis æqualiter de omnibus, vt bulliant ad inuicem eadem agitando , & de tali vnguento aliquantulum calefacto bis in die cum aliqua penna grappæ sufficienter vngantur , prius tamen scissuris grapparum cum vino forti aliquantulum tepido optimè lotis, & postmodum desiccatis,& hoc fiat,dicto vnguento vngendo,donec scissuræ fuerint consolidatæ, cauendo semper patientem Equum inquantum quis facere poterit

à fordibus & ab aqua. Confolidatis verò vlceribus grapparum, illaqueetur & incidatur vena magna in anteriori parte coxæ vt fuprà in Cap. de Spauanis continetur. Euacuato autem fanguine de vena, prout decet, iuncturæ læfæ grapparum crebris coctu ris & decentibus vniuerfaliter decoquantur, deinde coctu ræ ficut dictum eft curentur. Sciẽdum eft tamen quòd grapparum infirmitas, vt in pluribus perfectè vel congruè vix curatur. Item ad idem, Recipe fepi hircini, vel arietini, fi de hircino inueniri non poteft, lib. 5. axungiæ antiquæ lib. 1. lithargyri auri 3.2. viridis æris 3.1. bugeæ 3. femis, fulphuris viui octauam 1. olei laurini 3.2. mellis crudi 3.1. terbentinæ 3.2. boli armenii 3.1. faponis mollis quartam 1. Et omnia ifta bulliant, & fac vnguentum, & depilato prius loco cum pfilothro, vnge bis in die, & fingulis tribus diebus laua locum cum lixiuio & fapone, vbi croftillæ & vnguentum remouentur, immediatè laua locum vino calido, & poft deficcationem iterum vnge cum prædicto vnguento. Et nota quòd prædictum vnguentum valet ad grappas, fiue crepatias ficcas, teftas longas, grifarias, & tineam. Et cum prędicto vnguento multi Equi iam curati fuerunt. Require fuprà in initio Cap. Item ad idem, Fac vnguentum quod fequitur, & dicitur vnguentum Ruptorium quod valet ad grappas quafcunque, & crepatias, & fecatias, & farculas, ad reftas longas quę nafcuntur fupra neruos, & poft crura anteriora feu pofteriora, Recipe calcis viuæ 3.2. faponis communis 3.1. capitelli quantum fufficit ad diftemperandum: fi volueris facere ita forte, loco capitelli ponas lixiuiũ: & fi adhuc volueris facere fortius, poteris ponere loco capitelli acetum: ex dicto vnguento vngas locum bene, & dimittas fic inunctum per diem vel plus quoufque fuerit curatus: quia radices infirmitatis euellet, deinde laua bis locum cum vino tepido, poftmodum curabis plagas ficut cura plagarum requirit.

De Crepatijs in crurium iuncturis. Cap. CXII.



Sunt ægritudines quædam inter iuncturas cruris & vngulam, rumpentes corium & carnes, quafi ad fimilitudinem fcabiei, inferentes magnos ardores multotiens patienti, quæ contingunt ex fumofitatibus ftabuli madefactis cruribus, & cum terforio ficut congruit non ficcatis. Et paffio ifta vulgariter Crepatiæ nuncupatur. Cura, Fiat per omnia ficut dictum eft in Cap. Grapparum, excepto quòd vena nullatenus illaqueari debet, nec crepatiæ decoqui debent aliqua ratione. Item fac per omnia curam pofitam in Capitulo proximo fuprà quæ incipit, Recipe fepi hircini & cæt. Poffunt etiam quædam remedia fieri quæ valent contra crepatias. Primò igitur depilato loco crepatiarum, prout fuprà in Capitulo proximo dictum eft: vel aliter, Fiat vnguentum quod fequitur, Recipe fuliginis 3.5. viridis æris 3.2. auripigmenti 3.1. his bene tritis ad inuicem, addatur de melle liquido tantum, quantum de omnibus aliis, deinde coquantur omnia ad inuicem vfque ad fpiffitudinem, immifcendo ibidem aliquantulum calcis viuæ, & agitando bene infimul cum fpatula donec fuerit groffum fiue fpiffum ficut vnguen

vnguentum : de tali autem vnguento aliquantulum calido bis in die crepatiæ inungantur modo prędicto,semper eas ab aqua & fordibus præcauēdo. Et nota quòd prædictum vnguentum fuper crepatias apponendum non eft, nifi prius abluantur vino, & optimè deficcentur. Item ad idem valet fatis, fi crepatię cum vrina pueri fricentur. Item ad idem valent citranguli vel bonnæ decoctæ in prunis vfque ad decoctionem confumptionis,fi poftea crepatiæ fricentur fortiter cum eis & frequenter. Item ad idem valet fatis, fi Equus manè & ferò remaneat in aqua marina frigida. Notandum eft quòd vnguentum prædictum de fuligine viridis æris & auripigmenti mirabiliter crepatias confolidat & conftringit. Item ad idem valet vnguentum quod fequitur, Recipe arfenici, auripigmenti ℥. 1. ceruffæ ℥. 1. terantur & mifceantur cum aceto, & axungia, melle & oleo,deinde inungantur crepatiæ cum penna, ablutione vini tepidi præcedente. Item vnguentum quod valet ad crepatias,ritiolos fiue grifarias,fcabiem,moros, farferellos, & tineam, Recipe coperofæ ℥. 8. finopidis ℥. 2. refinæ pini ℥. 4. apoftolicon ℥. 6. fulphuris ℥. 3. olei oliuarum ℥. 3. fanguinis porci ℥. 6. argenti viui ℥. 10. thuris ℥. 3. mellis ℥. 6. laua primò cum lixiuio, poftea de fecundo in fecundū diem cum aceto. Iftam curam facias per tres hebdomadas: Poftmodum ad confolidandum, Recipe viridis æris bene triti ℥. 6. butyri ℥. 1. farinam frumenti quantum recipere poteft tefta nucis, mellis ℥. 1. & femis: prædicta omnia mifceantur, & fiat vnguentum ad confolidandum. Item pili, qui funt fupra locum remoueantur, vt fuprà, deinde fepum diftemperatum, feu liquefactum cum cæra immifceatur. Item ad idem, tefta oui in puluerem redacta cum puluere ftercorum gallinarū fuperponatur: quia valde operatur. Item ad idem,calx viua cum oleo oliuarum diftēperata fatis operatur. Item ad idem, Recipe rutæ & caprinellæ aā. in bona quantitate, deinde terantur bene & coquantur in fortiffimo aceto & oleo oliuarum, & aliquantulum axungiæ porcinæ & fulphuris viui, olibani, & cæræ, & omnia bulliant vfque ad confumptionem aceti, poftea cola & vfui referua, & vnge ad folem cum neceffarium fuerit. Item ad idem vnguentum expertum ad crepatias, Facias vnguentum de oleo oliuarum & tripolii,terbentinæ & parum cærę,ex quo inungatur locus crepatiarum. Item ad idem, & eft idem cum præcedenti, Recipe olei oliuarum ℥. 1. terbentinæ ℥. 2. vel ℥. mifce bene infimul & diftempera ad ignem,deinde fi vis adde parum cæræ,& vnge, probatum eft. Item ad idem aliud vnguentum probatum in longo tempore patientibus Equis, qui videntur quafi grifarias habere, Recipe vitella ouorum affatorū dura,& tere bene cum fale & oleo oliuarum, ex hoc medicamine locum inungito. Item ad idem efficaciffimum eft remedium vnguentum factum de clara ouorum, refina & melle fimul in oleo rofaceo, feu violaceo mixtis & bene incorporatis.

De Crepatia ex transuerso, Cap. CXIII.


It præterea quædam magis longa & transuersa crepatia contingens aliarum crepatiarum occasione, quæ fit inter carnem viuam & vngulam, videlicet in bullesis, gressus impediens patientis multò magis quàm alia crepatia, eo quòd crepatia ex transuerso efficitur scindens carnem ex transuerso quæ continuatur cum vngulis: & ideo cum ab eis semper prematur, patiens ab eis magis quàm ab aliis affligitur. Cura, Crepatia ista cum medicinis & vnguentis vix curari potest, & ideo beneficio cocturarum subueniendum est, vnde extremitas eius cum ferro rotundo in capite decoquatur: quoniam ex ignis beneficio dicta crepatia augmentari non potest & decrescit. Si volueris experiri alias curas ad crepatias ex transuerso, potes, & est optimũ experimentum quod positum est supra proximo Cap. de coperosa & sinapi & resina pini, apostolicon, sulphuris, olei oliuarum, sanguinis porci, argẽti viui, thuris & mellis: require supra & fac per omnia sicut ibi. Item ad idem, & est vnguẽtum admirabile ad plagas siue percussiones, siue in homine, siue in animali, nec oportet quòd apponatur stupigium siue casta: valet etiam ad quascunque crepatias, etiam si fuerint ex transuerso, valet etiam ad grisarias, & etiam valet ad clauardos siue aquarolas. Sed quia preciosissimum est vnguentum, non deberet aliquis eo vti nisi ad plagas hominum, ad quas est expertissimum. Recipe igitur terbentinæ ℥. 8. cæræ albæ mundæ & nouæ ℥. 4. & pone supra ignem in aliquo vase stannato mundo donec distemperentur, quibus omnibus distemperatis, simul remoue ab igne, & pone super ipsa adhuc calida & distemperata dimidiam pintam vini albi non fumosi. Alii ponunt acetum, maximè cum vulnus aut plaga non est supra neruos: postea proiice vinum seu acetum, & inunctis bene manibus oleo rosaceo ducas per manus dictam pastam ex cæra & terbentina, donec albescat, postea remitte totum in vase stannato, & misce ibi dimidiam vnciam gummi abietis & ℥. 3. succi betonicæ, & pone supra ignem, & tam diu decoquatur ad ignem donec succus betonicæ fuerit consummatus, postea ponantur 4. ℥. lactis mulieris vel lactis vaccæ rubeę, & facias iterum coqui vsq; ad consumptionem lactis, hoc medicamentum custodi & reserua vsui.

De Grisaria & eius cura, Cap. CXIIII.


St quædam passio quæ nascitur in coronis Equorum supra vngues, quæ passio quasi incurabilis esse censetur, maximè si fuerit inueterata. Et hæc passio vulgariter Grisaria nuncupatur. Cura, Aliqui dictas grisarias per aliquas vnctiones attenuant, deinde apponunt remedium ignis & sic curant. Item ad idem, Recipe furfur tritici, cancabrum siue brinium siue semulam, & habeas pinguedinem porci recentem & bene pista & misce cum dicto cancabro seu semula, & sit cãcabrum scossum à farina, hoc est, sit emula grossa ita quòd nõ sit ibi aliquid de farina, postea diu bene simul bulliant cum pinguedine porci iam dicta, deinde superponatur grisariæ: facias hoc bis vel ter, quoniam liberabitur, & si plus indiget, plus fac: probatum est. Item ad idem & melius, fac omnino curam positam in Cap. de Grappis quæ incipit, Recipe sepi hircini & cęt. Item ad idem, si volueris poteris vti vnguento facto de coperosa

perosa, sinapi, resina pini & cæteris quæ suprà posui in Cap. de Crepatiis, & ideo tam circa dictum vnguentum, quàm circa vnguentum ad consolidandum, facias sicut continetur ibidem. Item ad idem, Fac vnguentum de terbentina & cæra & gummi abietis & succo betonicæ vt suprà in Cap. proximo continetur, & grisarias vnge, quia sanabuntur. Item ad idem, vnguentum quod sequitur, quod valet ad grappas ex transuerso & testas longas, Recipe auripigmenti ℥.i. viridis æris ℥.i. & dimidiam, vitri bene triti & puluerisati, ℥.i semis, calcis viuæ ℥.i.semis, axungiæ porcinæ seu castratiuæ ℥.3. olei communis ad quantitatem omnium prædictarum minus vna quarta. Si volueris dictum vnguentum fortius facere, ponas ℥.2. viridis æris, ex hoc vnguento vngas grisarias, donec Equus fuerit perfectè curatus. Item ad idem, Recipe curmisci, hoc est, tithymalli maioris siue anabulam maiorem, quod est idem, lib. 2. & bene pistetur, axungiæ veteris lib. 1. olei oliuarum antiqui lib. 2. hæc trita simul bulliant satis, deinde colentur per pannum in aliquo vase mundo, postea inunctas ibidem ℥.i. viridis æris bene puluerisati & ℥.i. argenti viui, tantū simul agitentur, & incorporentur, quòd sint sicut bene mixta, & sint sicut vnguentum ex quo inungas grisarias quousq; Equus curetur. Item ad idem, Recipe viridis æris ℥.i. mellis & aceti añ. lib.i. et simul bulliant in aliquo vase mundo: ex quo vnguento vnge grisarias & curabitur Equus. Item ad idem, Recipe lib. vnam mellis quod distẽperes ad ignem, deinde recipe viridis æris bene puluerisati ℥.2. & aluminis de moraco bene puluerisati ℥.2. postea dictos pulueres misce bene cum melle & simul agita et incorpora, donec mel fuerit infrigidatum, & hoc vnguento locum grisariarum inunge, & curabitur Equus. Item vnguentum quod curat grisarias, crepatias ex transuerso, crepatias, grappas, feracias, farelas, restas longas & omnem scabiem viuam, Recipe rasam vini seu tartarum & calciua ipsum, postea dissolue ipsum calciuatum in aqua communi, deinde congela, & habebis salem, quem misce cum modico sapone fortissimo, & fac vnguentum seu emplastrum: ex hoc vnguento vnge loca patientia, prius tamen depilatis locis, vel cum vnguento dicto suprà in Cap. de grappis, vel cum tenaculis, ita quòd sanguinẽt loca. Et scias quòd infra vnam diem naturalem occidetur infirmitas, & dictum emplastrum liga super collum si potes, aliàs non est vis.

De mulis siue feraciis. Cap. CXV.



Mulæ seu feratiæ nascuntur ex frigore, quando Equus frigido tempore per viam lutosam pergit, & postea de nocte cum lutosis & madidis seu balneatis pedibus ducitur ad præsepe, & de nocte stat super terram nudam, vel super lapides cum nullo vel modico stramine, tũc humores propter laborem quando calescit corpus ad posteriores partes descendunt, & ibi cõgelantur & tumorem faciunt, ita quòd crura vltra genua inflantur. In hyeme autem accidunt & in vere: æstate verò & autumno sine inflatione latent, nisi valde antiquæ fuerint: sed in illis temporibus videlicet æstate & autumno sic cognoscuntur, pili qui sunt inter vngulam & proximam iuncturam (quem locum quidam pastoram vocãt) semper stant eleuati sursum, quamuis madidi sunt, sicut setæ porcorum. Cura, Recipe calcis viuę cochlear vnum, fuliginis

fuliginis cochlearia tria, salis cochlear vnum, terātur simul & conficiātur cum aceto, & emplastrum inde factum aliquantulum calidum superligetur, abrasis antea pilis cruriū, & per diuersa loca inter vngulam & genu scarificetur. Quando verò mulæ siue secaciæ inueteratę fuerint, tunc extrahantur parum super iuncturam retro pedem: sic vbi humor quasi gummi ex arbore exit, cutis versus genu finditur seu findatur, postea cum aceto & gracili ligno quidā neruus ad modum grani ordei qui inuenitur ibi, sursum eleuetur, & in longitudine duarum vnciarum foras extrahatur, quo abstracto, absinthium, radices ebuli & vnctum vetus & stuppa lini vel canabis accipiantur & conterantur insimul ad inuicem. Emplastrum autem inde factum super plagam & inflaturam ligetur, postmodum venæ crurium intus & extra secentur seu illaqueentur. Item ad idem, Fac vnguentum ruptorium quod posui suprà in Cap. de Grappis, & fit dictum vnguentum de calce viua, sapone, & capitello. Per omnia fac vt ibi: & est vnguentum optimum ad hoc. Item ad idem, Recipe calcis viuæ ℥. ij. saponis iudaici ℥. j. & misce simul cum albumine oui & superpone. Et scias quòd mulas seu secacias radicitus extirpabit. Item ad idem, super omnes alias curas est experimētum positum suprà in rubrica de Grisaria quod fit ex sale, tartaro & sapone, vnde per omnia fac vt ibi. Et nota quòd hoc medicamentū curat superos Equi, si fuerit positū & ligatū supra locū superossis, abraso prius bene loco, & stet ibi à manè vsq; ad meridiem, quia superos ex toto corrodet. Item curat grappas, scardas, & restas longas, quæ nascuntur super neruos post tibias posteriores.

De Superpositura, Cap. CXVI.



Efficitur quædam læsio super coronam pedis inter carnem viuam & vngulam, faciens rupturā carnis ibidem. Et accidit hoc pedem ponendo casualiter super alium, & si fuerit antiquata, efficitur cancer. Cura, Statim quòd vulnus ob talem occasionem accidit, incidatur cum rosneta tātum de vngula propinqua vulneris, & circa vulnus quòd vngula non tangat nec premat aliquo modo carnem viuam, quoniam oppressio quæ fit ab vngulis ad carnem, non permittit vulnus consolidari. Vngula verò decenter incisa circumquaque, loto prius cum vino calido vulnere vel cum aceto, curetur vulnus consolidaturum sicut in præcedentibus continetur, custodiendo semper vulnus à sordibus & ab aqua, donec fuerit consolidatum. Item ad idem, & melius, si superpositura non sit nimis magna, elixa duo vel tria oua cum cortice donec sint dura, & mūda ipsa à corticibus, deinde vnumquodque per se comprimas inter manus vt sint aliquantulum oblonga: hoc facto, ponas vnum duorum ouorum supra prunas ardentes, & ipsum bene calidum liga fortiter supra locum superposituræ & permittas ibi stare donec ouum sit quasi tepidum. Et hoc facias bis vel ter, donec locus sit aliqualiter coctus, deinde statim fuliginem recipias furni seu fusinæ ferrariorum & teras cum modico sale, & fac simul bullire in oleo, & ipsa bene calida liga super locum: cocturam ouorum non oportet reiterari ex quo semel bénefacta est, sed appositionem olei calidi cum fuligine reitera & cum sale vsq; ad curationem, quod erit intra quatuor dies: interim tamen caue à sordibus & ab aqua: sed si necesse fuerit equitari, potest secunda

die, dum

die,dum tamen pecia fuerit superligata. Et quum Equus reintrat stabulum, applicetur oleum calidum vt dictum est. Item ad idem, Tollantur pili circa vulnus,deinde lata cutis lardi supra vulnus alligetur,postea superponatur fuligo bene trita cum sale & axungia: vel si volueris superponatur sal assum bene tritum cum fuligine per triduum,& sit aliquantulum tepidum: vel si volueris, superapponatur emplastrum factum de pice nigra,cæra,& sepo arietino, & custodiatur semper Equus à sordibus & ab aqua. Si verò caro læsa extra corium apparuerit,puluis rasuræ cornu cerui aut bouis cum veteri sapone ad consumendū eam ligetur. Et nota quòd si vulnus ex negligentia vel inepta cura redigatur in cancrum vel fistulam,si fuerit cancer curetur vt infrà in Cap. de Cancro: si fuerit fistula curetur vt infrà in Cap. de Fistula continetur.

De Incapistraturis Equi, Cap. CXVII.



Contingit frequenter quòd Equus ponit pedem anteriorem et frequentius posteriorem in capistro, & quando vult pedem ipsum extrahere non potest, propter quòd accidit quòd Equus læditur in pastura pedis ex parte posteriori. Et fit ibi quædam læsio vel incisio quæ procedit vsque ad neruos, & nisi succurratur læsioni prædictæ remediis oportunis, posset Equus grauissimè lædi propter locum qui est neruosus. Cura, Si incapistratura sit recens vel non multum antiqua, habeas lanam succidam, & fac de ipsa vnum tortinellum vel torclum grossum, vt capiat incapistraturam totam & plus: in dictum tortinellum imbibas de sepo arietino liquefacto, & liga dictum tortinellum strictum aliquantulum supra incapistraturam ad modum vnius pastoræ: interim tamen caueatur Equus ab aqua. Cura, Licet dictæ ægritudini multa medicamenta possent adhiberi, quæ possunt colligi ex diuersis Capit. quæ in hoc continentur libello, submissis tamen omnibus aliis, vnum valde vtile & expertum hic ponam,quod non solum valet ad infirmitatem prędictam sed etiam valet ad omnem crepatiam seu scabiem Equi & omnem rupturam, & valet etiam ad vulnera. Et vltra hoc cura prædicta tantæ est efficaciæ, quòd si Equus aliquam ęgritudinem patitur propter quam periculosum sit ei aquam intrare vel locum vbi patitur balneari,inungatur locus infirmitatis vnguento quod infrà ponetur,& superligetur aliqua pecia dicto vnguento inuncta, & securè vadat per aquam & vbi voluerit quia aqua non poterit penetrare. Vnguentum autem tale est, Recipe olei oliuarum ℥.i. terbentinæ ℥.ii.vel.℥.iii.quę misce bene simul & distępera ad ignem,deinde adde parum cærę,& incorpora bene simul & vnge: probatum est.

De Paenna,Clauardo,seu Aquarola, Cap. CXVIII.



Paenna, Clauardus, seu Aquarola,quod idem est, fit ex allisione ferri, lapidis,vel ligni retro pedem iuxta vngulam sine inflatione crurium, & crepat & fetet, & exit inde humor fetidus, quia omnis dolor prouocat rheuma, & ideo inferiora rheumatisantia indigent iuuari frigidis & siccis,vel calidis temperatè & siccis. Cura, Recipe mellis cochlearia duo, fuliginis cochlearia tria, telæ aranearum,& de tinis vrticarū & salis ad libitum: conterantur omnia bene simul, & facto emplastro calido, superligetur per tres

dies.

dies. Item ad idem valet, si calida stercora hominis vel anseris superligentur. Quidam vngulam eorum iuxta paennam findũt, deinde aliquod emplastrum de supradictis superponunt & ligant. Item ad idem valet emplastrum factum ex pipere, alliis, foliis caulium, & axungia porcina veteri, quia si superponatur, infra paucos dies vel maturabitur, vel morietur clauardus, aquarola seu paenna: probaui & verum inueni.

De Interferitura, Cap. CXIX.


Nterferitura prouenit quando Equus nimis strictè procedit cum pedibus vel anterioribus vel posterioribus, ex quo Equus se interferit, & ipsius gressus impediuntur, & cogitur Equus claudicare. Cura, Si in posterioribus pedibus se interferit, de vngula multo magis extra pedem quàm intra tollatur, & calcaneum ferri extra pedem auferatur. Quidam autem inter calcaneum ferri quod est extra pedem anulum ferri ponunt, vt Equus ex hoc largius ambulet ex parte posteriori. Si autem cum pedibus anterioribus se interferit, quidam taco rotundus de solea veteris sotularis ad latitudinem 2. 3. accipiatur & in medio eius fiat paruum foramen, atque inter pectus & spatulam eius pedis qui coniũcturam alterius percutit corium aperiatur: aperto corio, & à carne separato, cum spatula taco imponatur, ita vt foramen taconis sit in medio fissuræ.

De Pinzanese, Cap. CXX.


St quoque alia infirmitas contingens Equo propriè in bullento vngulæ vbi carnes viuæ in vngulis coniunguntur, quæ velut infusio impedit & detinet gressus Equi, quæ quandoque in vno pede, quandoq; in omnibus vniuersaliter oritur: sed si sit in vno pede tantũ & nõ subueniatur, cito ad alios pedes transit, quæ leuiter accidit ex fluxu malorum humorum ibidem concurrentiũ propter grossas fumositates inferius grauitate sua tẽdentes: facilius autem accidit ex nimia frequentatione & turpitudine stabuli fumositatum, ab aqua in nocte ipsius cruribus & pedibus non siccatis, & cum itinere de intra non tersis, ex quo morbo in vngula Equi læsiones & vlcera generantur, ex quibus leuiter talis infirmitas oriri potest, quæ vulgo Pinzanese nuncupatur. Cura, Vngulę lęsæ patientis Equi vsq; ad subtilitatem subtus soleam pedis primitus præparentur, deinde rosneta ferrea bullesiæ pedum vsq; quasi ad viuum vngulæ subtilientur, adeò vt bullesiæ ipsæ possint partis vndique fumositatibus exhalare, postmodũ ab vtraq; parte bullesiarũ flebotomeť decenter, vt exinde humores concursi euacuentur, vel cum ferro cuspideo ab vtraq; parte funditus perforetur: custodiendo semper pedes læsos à sordibus & ab aqua, nec expedit Equum aliquatenus iterum fatigari. Fiant præterea pultes de furfure, aceto & sepo sicut suprà in Cap. de Subtiliatura docetur, et tales pultes calidę quantum poterit sustinere ex tunc in aliqua pecia de lino circa pedes læsos inuoluantur, eadem bis in die renouando. Cauere tamen oportet ne patiens herbas comedat vllo modo, imò de aliis parum comedat donec fuerit deliberatus, quoniam herbæ & multa cibaria humores augent: de lingua verò quæ occasione dicti morbi læditur, dico quòd cessante morbo à pedibus linguæ vlcera solidãtur.

Item ad

Item ad idem, Fiat alia puls ex qua simili modo pes Equi læsus inuoluatur, bis in die renouando, Recipe stercus porcinum & calcem viuam, quę simul bulliant in aceto fortissimo, postea fac vt suprà. Alii vocant prædictam infirmitatem malum linguæ: & sunt signa infirmitatis prædictæ quum lingua est vlcerosa & limosa, ac venæ sub lingua nigrescunt: item vulnera sunt putrida, item moruilla fluunt ex ore ipsius, item vix stare potest quando malum pedis descenderit inferius. Curatur autem hæc passio etiam per hunc modum, Abradatur prius vlcerositas & limositas quæ sunt sub lingua, postea locus abrasus fricetur bene cum duobus cochlearibus fuliginis, & vno cochleari salis, et vno capite allii bene tritis, & venæ quæ sub lingua sunt incidantur & per medium secentur, vel in summitate linguæ quasi in media vncia incidatur, & iuxta vngulam intra pedem & extra, ex quatuor pedibus minuatur.

De ungulis obliquis remedium bonum, Cap. CXXI.



Ngulis obliquis atque pedibus tale adhibeatur remedium, Scrutetur frequenter & parentur ac aptentur vngulæ ad modum rotunditatis ferri, quia etsi non plenè tamen quoquomodo emendantur. Sanè vnum restat de vngularum præparationibus recordari, quòd ad interferitionem, siue ad vnius pedis ad alium percussionem multum prodest, scilicet quòd vngulæ inferrando magis interius quàm exterius præparentur, & vt ferro magis alto in exteriori quàm in interiori parte sæpe ferretur, & sic omne remedium habebit. Solet etiam Equis ex macredine vel debilitate interferitio pedum contingere, quam resumpta pinguedine & viribus credimus adnihilari.

De Cudellato & habente multum frigus in pedibus, Cap. CXXII.



I Equus fuerit cutellatus in pede, hoc est, multum speratus in pede, aut si habuerit multum frigus in pede, tere salem & fuliginem & superpone cum stuppa grossa per tres dies, postea bis in die laua cum aceto & superpone parum de stuppa infusa in oleo calido, deinde accipe romium tritum vel corticem eius bullitum in aceto, & superpone donec sit liberatus, postea misce calcem viuam cum sapone, & per diem vnam & per noctem superpone.

De Inclauatura Equi, Cap. CXXIII.



Idendum est deinceps de Inclauaturis, quarum species primò recto ordine sunt distinguendæ. Fit enim quædam inclauatura aliquando lædens funditus tuellum intrinsecus: Fit & alia quę transit inter tuellum & vngulam tuellum intrinsecus nimis lædens. Tertia species est non lædens tuellum sed vngulæ viuum tangit & lædit. Prima igitur species quę tuellum funditus lædit satis periculosa existit, quoniam tuellum est quædam teneritas ossium facta ad modum vngulæ nutriens vngulam & gubernãs, & radices eius vngulę vniuersaliter ad se trahens. Cura, Si tuellus fuerit funditus nimis lęsus, subueniatur salubrius vngulas dissolando, sicut infrà in Capit. de dissolaturis docebo vngularum: Si verò tuellum fuerit parum læsum, discooperiatur solea vngulæ circa vulnus cum aliquo decenti ferreo instrumento, & intan

& intantum circumcirca læſionem de vngula incidatur quòd læſio circumcirca funditus attingatur. Patefacta igitur inclauatura & bene diſcooperta, ſubtilietur ſolea vngulæ vniuerſaliter & ſpecialiter circa lęſionem, intantum vngulam incidendo quòd ſpacium tale inter vngulam & lęſionem remaneat, quòd vngula non premat læſionem nec eidem adhæreat: quoniam impediret conſolidationem carnis & renouationem nouæ vngulæ: hoc peracto, impleatur læſio ſeu vulnus ſtuppa intincta in albumine oui, deinde vulnus curetur cũ ſale trito minuto & aceto fortiſſimo, vel puluere gallæ vel myrti vel lentiſci, vt in præcedentibus continetur: laudo tamen vt ante quartum diem inclauatura non diſcoperiatur, ad hoc vt humores ibidem melius coadunentur, & ſic poſtmodnm melius de loco poſſint extrahi. Poſt quartum verò diem humores ſeu putredo in loco inclauaturæ nullatenus dimittantur: quia de facili totam vngulam corrumperent.

De ſecunda ſpecie inclauaturæ. Cap. CXXIIII.



I clauus læſionem fecerit inter tuellum & vngulam, quæ eſt ſecunda ſpecies inclauaturæ, minus periculoſa exiſtit: quoniam tuellus non læditur niſi ex latere. Cura, Prius inclauatura illa vſque ad viuum detegatur, incidendo per longum vngulæ & elargando circa vulnus, nec non circuncidatur vngula læſioni propinqua, vt vulneri non adhęreat vllo modo: inclauatura verò diſcooperta, poſtea læſio totaliter impleatur ex ſale minuto, abluto prius vulnere cum aceto, deinde ſuppoſita ſtuppa madefacta in aceto: pes læſus cum aliqua pecia ligetur, & poſtea curetur bis in die ſicut dictum eſt renouando.

De tertia ſpecie inclauaturæ. Cap. CXXV.



Ertia ſpecies inclauaturæ eſt quæ non lædit tuellum, ſed tranſit per medium inter viuum & vngulam. Cura, Fiat illud idem quod in ſecunda ſpecie inclauaturæ dictum eſt: hoc tamen addito quòd diſcooperta & bene attincta inclauatura, vngula exterius incidatur vſque ad læſionem clauelli, vt ſordis vel putredinis intra læſionem nihil valeat retineri. Et nota quòd omnes inclauaturæ quæ non tangunt vel lædunt tuellum intrinſecus facile poſſunt curari hoc modo, Attinctis & diſcoopertis prius læſionibus, funditus prout decet ſepum aut cæra vel oleum aut aliquod vnctuoſum feruens & bulliens intromittatur in vulnus, Item curari poſſunt cum ſale & tartaro tritis ſimul. Item curari poſſunt cum fuligine & oleo, & ſale ſimul tritis & agitatis. Cura melior ad omnem inclauaturam, Poſtquàm fuerit bene diſcooperta, maximè ſi oporteat equitare Equum, fac bullire ſal tritum in aliquo paruo vaſe, & poſtquàm diu bullierit remoue ab igne, & ſtatim adiunge quadruplũ terbentinæ & incorpora ſimul, prædicta omnia bene calida immittas in inclauaturam ita quòd fulloſa illa ſit tota plena, & poſt refrigerationem prædictorum proiice deſuper puluerem ſulphuris viui: hoc facto, ſuperponas plumaſolos de ſtuppa & liga ſtricta ligatura: ſi verò neceſſarium fuerit equitari, ſuperponas bombicem ſimul cum ſepo miſtam. Item ſi clauus vel lignum intrauerit pedem, diſcooperias bene vulnus, & eo diſcooperto habeas oleum

oliuæ

oliuæ bulliens,& eleuato pede infundas & repleas vulnus, quo bene refrigerato & consumpto infundas terbentinam feruentem, & repleas vulnus pede semper eleuato,& quando fuerit quasi frigida, superponas sulphur bene tritum & plumasolum de stuppa superpone, postea ferra Equum ,& equita securè quò vis, sicut ab experto audiui: tamen si per aliquos dies Equus quiesceret,melius & securius esset. Item ad idem valet puluis gallæ, myrti & lentisci intromissus in læsione: prius tamen locus inclauaturæ semper cum aceto fortissimo abluatur, Et nota quòd ad omnes læsiones pedum & vngularũ, quæ accidunt occasione clauelli vel ligni aut alicuius ingredientis inter viuum & mortuum vngulę,antequam pes vel vngula tãgatur pro inclauatura inquirenda, fiant pultes de sulphure, sepo & maluis, quæ omnia bulliant cum aceto vsque ad spissitudinem, deinde tantum calida quantum pati poterit ponãtur in pede lęso,& cum pecia aliqua ligentur à manè vsque ad serò & ècontra vt illæ leuius incidantur. Cauendum est autem à sordibus & ab aqua,& equitetur secundum quòd inclauatura magis vel minus periculosa existit.

De Inclauatura quæ rumpitur in corona pedis. Cap. CXXVI.



Ccidit aliquando ex imperitia medicantis quòd Inclauatura non bene attingitur nec curatur,vnde contingit quòd putredo læsionis inclusa inter vngulam,cũ nõ habeat viam nec exitum, facit sibi viam inter viuam carnem & vngulam, videlicet supra pedem rũpens carnem & fit ibi quoddam vulnus emittens putredinem. Cura, Claudatur via superior,& per omnia curet̃ tale vulnus,sicut curatur vulnus Superpositurae. Require ergo supra in Cap.de Superpositura.Inclauatura tam̃e inferior subtus solẽa requiratur & attingatur vsq; ad viuũ,deinde curetur sicut alię inclauaturæ.

De Ficu quæ nascitur in pede soleæ Equi. Cap. CXXVII



Ccidit quòd pes Equi læditur subtus vngulam in medio soleæ, & hoc contingit vel ex ferro vel ex osse vel lapide vel ligno vel alio simili vsque ad tuellum intrante, propter quod tuellus aliquando læditur vehementer,ex qua lęsione cum inciditur vngula circa vulnus propter neglig̃etiam Marescalli, vt suprà in Cap.de Superpositura & Inclauaturis dictum est,nascitur ibi quædam carnis superfluitas à tuello procedens super soleam pedis in superficie permanens, facta ad modum fici siccæ. Et ideo ficus vulgariter nuncupatur.Cura,Incidatur vngula quę est circa vulnus intantum funditus quòd fiat spacium cõdecens inter soleam pedis & carnem superfluam quæ dicitur ficus,postea verò dicta caro superflua quę ficus dicitur,vsq; ad soleæ superficiẽ incidatur,deinde restricto sanguine, spongia marina super ficum cum aliqua pecia strictius alligetur,vt residuũ ficus,quod in pede remanserit, vsque ad tuellum funditus corrodatur.Corrosa verò ficu,curetur læsio sicut de aliis læsionibus est superius expressum.In defectu verò spongię, multum valet puluis asphodelorũ vel alii pulueres corrosiui: excepto resalgari,quod non probatur:quoniam immoderate violentum existit: cauendum est autem ne fiãt ibi cocturæ,quoniam tuellus propter teneritatẽ suam,ab igne posset lædi quòd vngula à tuello cadere vel diuidi cogeretur.

De Subiactura , Cap. CXXVIII.


Ontingit interdum quòd solea vngulæ subtus pedē tam diu ducitur sine ferris equitando per loca montuosa,dura vel petrosa, quòd quasiadnihilatur,& intantum subtilis efficitur, quòd tuellus intrinsecus à prędicta solea vngulę defendi non potest: propter quod tuellus necessario læditur ex oppressione vel alicuius alterius rei duræ, & læso tuello , fit inter tuellum & soleam quædam congregatio sanguinis cum dolore,& humores ad locum dolentem concurrunt . Et hæc passio dicitur Subiactura . Cura, Dissoletur solea , secundum quòd lęsioni congruit,aut tota si magna fuerit,aut media si minor,aut parum si parua,vt euacuentur humores ibi confluentes, & tuellus læsus melius pro velle curetur . His peractis postea per omnia fiat vsque ad conualescentiam, sicut videbis infrà in capitulo quod est de Dissolaturis vngularum.

De Spumaturis ungularum, Cap. CXXIX.


Ontingit quandoq; q̀ infusio Equi ex negligentia vel imperitia medicantis descendit ad pedes, & hoc propter humores more solito ad crura fluētes.Cura,Si Infusio recens fuerit vel moderna,sic curetur , Extremitates vngulæ in anteriori parte pedis cum parua rosneta in tantū cauētur funditus,donec vena magistra pedis,quę tendit ibidē,rumpatur, deinde attincta seu rupta cū rosneta, vsq; ad debilitatem corporis sanguis permittatur exire,& hoc fiat in omnibus pedibus claudicantibus,si videatur expedire: post extractionem sanguinis congruentem & restrictionem impleatur vulnus sale minuto & supra sal in vulnus positum ponatur stuppa in aceto infusa, vt à vulnere separari non possit,vsque ad duos dies nullatenus dissoluatur,postmodum curetur vulnus cum puluere gallæ vel myrti vel lentisci , mutando bis in die: abluto tamen prius vulnere cum aceto. Semper autē custodiatur Equus à sordibus & ab aqua,donec fuerit sanatus.

De Dissolaturis ungularum Equorum, Cap. CXXX.


Liquādo contingit humores ad pedes defluere inter vngulas occasione infusionis,& propter incongruā curam dū morantur ibidē diu, antiquātur in loco,quod periculosum existit. Cura,Pedes claudicantes penitus dissolentur , vt humores & sanguis inclusi ibidem euacuentur ad plenum: igitur solea subtus vngulam vndiq; circa extremitates circuitus vngulæ cū rosneta cōgrua incidatur,deinde solea pedis circūuersa violenter extrinsecus extirpetur,qua extirpata dimittatur vngula ad libitū sanguinare:deficiente sanguine,stuppa cū albumine oui infusa intromittatur habūdanter in vulnus,totum pedem læsum cum pecia bene ligando,& vsq; ad duos dies in tali medicamine dimittatur,& postea loto vulnere cum aceto fortissimo aliquantulū calido, statim de sale minuto & tartaro bene tritis & æqualiter sumptis vulnus totaliter impleatur,eum bene ligādo cum pecia,nec vsq; ad tres dies aliquid remoueatur: post appositionem autem salis triti & tartari , superponatur stuppa in aceto fortissimo madefacta , deinde bis in die in aceto fortissimo calido pedis læsio abluatur , & superaspergatur de puluere gallæ vel myrti vel lentisci

vel lentisci vel tartari: nam carnes consolidant & humores constringunt,& vsque ad consolidationem carnium & renouationem vngulæ talis cura procedat custodiendo pedem læsum à sordibus & ab aqua. Potest & aliud vnguentum fieri ad consolidationem carnium & constringendum humores,quo non est vtendum nisi post appositionem salis & tartari, Recipe olibanum,masticem, picem græcam, & aliquantulum sanguinis draconis, & misceantur cum cæra noua liquida & cum tantūdem de bono sepo arietino, bulliant ad inuicem,& fiat inde vnguentum, & de tali vnguento aliquantulum calido vtere ad consolidationem carnis & ad constringendum humores. Et nota quòd multę & diuersæ infirmitates vel læsiones pedibus Equi eueniunt propter quas necessariò oportet vngulas desolari, quod quum acciderit & vngulæ desolantur prædictis medicaminibus curentur. Et est sciendum quòd ad omnes vngulas augmentandas & humectandas, & vt ad ferrandum melius præparentur, & pro velle melius incidantur potest fieri emplastrum quod sequitur, Recipe maluam, parietariam, sulphur & sepum arietinum, quæ omnia simul bulliant eadem sepius agitando: de tali decoctione calida vngulę totaliter inuoluantur, pluries eadem renouando.

D mutationibus vngularum, Cap. CXXXI.



Accidit pluries ex negligētia Marescalli quòd humores fluentes ad pedes & ibidem diutius interclusi intantū inter vngulas antiquātur, quòd necessariò vngulam à tuello intrinseco separāt & euellūt, viam quærentes exterius exeundi cum non habeant, vnde cogitur patiens læsam vngulam immutare. Aliquando contingit quòd vngula læsa separatur penitus à tuello, & illud accidit propter fumositatem humorum multorum ad vngulam defluentium, & quandoque vngula paulatim se diuidit à tuello, & cooperante natura vngula noua renascitur veterem propinquam consequens, quod ex humorum paucitate contingit. Cura, Statim vetus vngula cum rosneta circumcirca modicum incidatur vbi iungitur cum nouella, ita quòd vetus vngula (quæ fortis est) non lædat vel comprimat teneram & nouellam, deinde recipiantur duæ partes de sepo arietino,& tertia pars cæræ,& cum modico olei oliuarum insimul bulliant donec fiant vnguentum, de tali autem vnguento aliquantulum calido bis in die noua vngula inungatur. Et nota quod dictum vnguentum ad augmentationem & renouationem omnium vngularum habile reperitur: Custodiatur tamen vngula à sordibus & ab aqua; & prædicta cura adhibenda est donec prędicta vngula fuerit bene mutata. Ad faciendum crescere vngulas fac vnguentum positum infra in Capitulo proximo de Seta seu Setula quod incipit,Recipe radices consolidæ libram vnam,radices ebuli libras 3. & cæt. De vngula verò quæ ilico diuiditur à tuello, & penitus cadit,propter nullum moræ dispendium,dicere prætermitto: aliquod tamen remedium inuenitur quod tale est,Recipe picis gręcę,olibani,masticis,boli armenici,sanguinis draconis & galbani æqualiter,puluerisetur omnia et liquefiant cū duabus partibus sepi arietini,& tertia parte cęrę omnia simul attingēdo.

K ii Deinde

Deinde accipiatur pannus lineus fortis,& immittatur totus in confectione prędicta, & totaliter infundatur: de tali panno sufficienter in huiusmodi confectione inuoluto fiat capellum seu sotulare ad modum tuelli & pedis vngulæ, & desuper imponatur,ita quòd tuellus sit semper in cōcauitate capelli seu sotularis, & bis in die capello seu sotulari extracto abluatur cū aceto fortissimo aliquantulum calido facto,iterum immisso capello seu solutari super tuellum, semper cauendo ne tuellus ab aliquo duro feriatur: verùm quia Equus propter amissionem vngulæ super pedes diu stare non potest, fiat ei cubile vel stratum de paleis longis vt pro velle quiescat: & si Equus rectè stare non posset,semper autem iacere nimiū tediosum foret atque damnosum, paretur vt stet rectus artificialiter tali modo, Accipe quatuor brachia panni fortis & grossi canabis,&,si expedierit,fiat fortius cingulis ibi sutis, & sub pectore & ventre Equi pannus totaliter collocetur,ita quòd amplitudo panni à medietate ventris vsque ad extremitatem pectoris protendatur, deinde ligentur funes in vtroque capite panni & suspendatur bene ligando ad trabes, taliter quòd totum Equi corpus sustineatur à panno & funibus supradictis. Equus tamen,quantum suum posse fuerit, leniter premat terram,& sic iuuando naturam cum artificiis prædictis pro renascendis vngulis remedium poterit inueniri. Et nota quòd in omnibus ægritudinibus quæ Equum prohibent stare in pedibus, prædicto artificio panni vel funium congruè poterit adiuuari. Item si vngulę duræ fiant post renouationem ipsarum et fortes,facias decoctionem seu emplastrum quod sequitur,Recipe puluerem gallæ & tantundem de furfure & cum aceto fortissimo bulliant insimul agitando,& immiscendo ibidem aliquantulum salis: de tali verò dococtione pes Equi vniuersaliter inuoluatur cum aliqua pecia ampla de lino ligādo, bis in die tantummodo renouando.

De Setula seu Seta Equi, Cap. CXXXII.



Dicendum est de alia læsione vngulę quæ vulgariter Setula seu Seta dicitur. Et est species fistulæ quæ in vngula Equi nascitur. Fit igitur seta in Equi pede vsq; ad tuellum intrinsecus vngulā per mediū scindens, aliquando autem ex latere & tunc dicitur Setula: scissura eius à corona pedis incipit & protenditur per longum inferius vsq; ad extremitatem pedis vel vngulæ, emittens quandoq; viuū sanguinē per fissuram vel scissuram. Accidit autem ex læsione tuelli manentis in vngula, quum talis morbus initium habeat à tuello,& quandoque quum Equus est iuuenis,vnde propter teneritatem vngularū(quia tener tuellus citò læditur aut percussione,aut alicuius duri loci compressione)facilè suscipit læsionem propter quod Equus cogitur claudicare. Hæc autem infirmitas Seta vulgariter nūcupatur. Cura, Inquirātur primò radices Setæ versus tuellū iuxta radices coronę pedis inter viuū & mortuū vngulæ, rosneta desuper vngulam incidēdo quousq; incipiat sanguinare: deinde accipe serpentem viuū & frustatim minutè incide, abiectis prius capite,cauda & intestinis, frusta verò illa in aliquo vase pleno oleo oliuarum coquantur intātum, quòd carnes serpentis in oleo dissoluantur et liquefiant,et ossa penitus arescant,

& fiant

& fiant velut vnguentum. De tali autem vnguento quod vulgo serpentis vnguentum vocari solet, aliquantulum calido radices setæ bis in die vngantur donec seta mortificetur, & ad pristinum statum reducatur vngula: custodiatur tamen pes Equi ne ab aqua vel sordibus tāgatur aliqua ratione, herbas etiam Equus non comedat vllo modo. Item ad idem, Incidatur prius vngula desuper cum rosneta vsq; ad viuum, deinde radices setæ penitus decoquantur: vel si volueris poteris mortificare cum puluere asphodelorū, vel cum aliis pulueribus cancrum extinguentibus, vt infrà in Cap. de Cancro continetur: postmodum conficiatur quædam mixtura de puluere olibani, & mastice, & sepo arietino, & cæra sumptis æqualiter, quæ simul omnia decoquantur, & fiat ex eis vnguentum, de quo vnguento bis in die vsq; ad cōsolidationem carnis & renouationem vngulę inungatur locus setę, & aliquantulū suprà vt tangat pastoras adiacentes vngulę: sed experientia approbante vnguentum serpentis commendatur plus omnibus aliis supradictis. Et nota quòd si trusta serpentis grossè incisa, veru assentur donec pinguedo incipiat liquefieri, & pinguedo illa tollatur sic ab igne & super pulmoncellū dorsi Equi stilletur sufficienter, mirabiliter in vna die pulmoncellum destruit & consumit. Cauendum est autem ne de illa pinguedine in aliqua parte corporis aliquid cadat. Item ad idem, Primò cauetur seu squaretur vngula vsque ad viuam carnem, ita quòd non sanguinet si fieri potest, deinde habeas ferrū candens in hac forma, W ita q; vngatura iungat se cum cauatura seu squaratura, postmodū radicē caprinellæ bene lotam cum axungia & sale bene tere, & superponatur donec Equus sanetur: & detur Equo longa quies, vt vngula penitus confirmetur. Item ad idem valet vnguentum ruptorium, quod fit ex calce sapone & capitello: Require suprà in Cap. de Grappis, & fac per omnia sicut ibi. Item ad idem, Vnguentum quod sequitur plurimum commendatur, Recipe armeniaci, galbani, serapini, picis græcæ, olibani & masticis añ. ℥. 2. sepi hircini vel castrati lib. 1. cæræ albæ ℥. 2. olei oliuarum ℥. 2. terenda terantur, & cum aliis misceantur in vrceo nouo, deinde ponantur ad ignem semper mouendo cum vno baculo, & insimul incorporando donec fuerit liquefactum, & hoc vnguento vngas ipsam setam seu setulam bis in die quousq; fuerit Equus sanatus. Item ad idem, Abradatur locus ille vbi seta nascitur vsq; ad genu, deinde vena quę super rimam vngulæ descendit ligetur, & inter vngulam & carnem fiat scarificatio, ita quòd humor ille violentus educatur, postmodum cauterisetur, & post quartam vel quintam diem puluis cerussę seu æris vsti superponatur vel aspergatur, & in rimam vngulæ ladanum, styrax & colofonium ad humorem constringendum liquefiant. Item ad idem, Cauetur seu quarretur vngula cum ferro ad hoc apto vsque ad radicem infirmitatis & profundè pungatur, vt humor eiiciatur & exeat: postmodum prædictus puluis de cerussa & ære vsto superaspergatur, addito puluere arsenici, & dum vngula noua crescit: abluatur pes Equi fece boni vini odoriferi. Item ad idem, Sepum hircinum cum fumo terræ & flammula distemperatum & liquefactum in illa scissura iniiciatur ter aut quater, hoc est, tribus vel quatuor diebus quotidie bis in die: & hoc est valde expertum.

Item ad idem valet mirabiliter puluis gallæ & ossium dactylorum & cerussæ, cum cæra liquefacta distemperantur. Item ad idem, Teratur radix caprinellæ, & radix taxi barbassi, añ. cum axungia porcina veteri, & superpone fissuræ in modum vnguenti, & interim Equus non exeat domum. Item ad idem, Superinfunde lardum feruentissimum donec locus setæ albescat, postea caua siue carra vngulam donec sanguis exeat: quia cito sanabitur. Item scire debes quòd postquàm hæc passio incipit inueterari, periculosa est & quodammodo incurabilis. Item nota quòd vbicunq; cancer aut fistula oritur seu nascitur, possunt fieri remedia supradicta quæ fiunt ad setam. Item ad idem, Recipe sal gemmæ in quantitate vnius auellanæ & quadra ipsum ad modum vnius tapilli, deinde recipe de oleo oliuarum, vbi misceatur aliquantulum de puluere salis gemmæ, & fac oleum bene bullire seu feruere supra carbones, quo facto recipe sal sic quadratum, receptum inuolue in panno subtilissimo lineo & pone in capite baculi fixi, & liga strictè, postea pone dictum taxillum salis gemmæ in oleo feruentissimo, & tene ibi per spacium quo dici posset vnum Pater noster, deinde remoue & pone in principio setæ, & hoc fac tricesies semper descendendo vsq; ad finem setæ, & qualibet vice teneat supra setã donec taxillus ille incipiat infrigidari: quo facto facias vnguentum ad faciendum vngulam nasci, & quiescat Equus in stabulo donec vngula creuerit solida sine fixura per duos digitos ad minus: vel facias vnguentum subscriptum, quod fit ex radice caprinelli, cyclaminis, & aliis vt ibi cõtinetur, & ex ipso post dictam cocturam salis gemmæ inunge, quia infallibiliter curabitur: & hoc iam pluries sum expertus, & verum inueni, nec oportet propter hoc Equum quiescere, sicut ibi dicitur expressè. Itẽ ad idem experimentum efficacius omnibus prædictis, Recipe salis tartari quãtum videris expedire, & ipsum pone in oleo oliuarum, & facias simul cum eo ad ignem bullire fortissimè seu feruere, postea cum aliqua pecia posita in aliquo baculo, sicut fecisti de salis gemmæ, ponas supra fissuram vngulę tricesies, descendendo à principio vsq; ad finem: sal enim tartari subtilius est, & radices setulæ melius penetrabit: deinde ad faciendum vngulam renasci, facias aliquod de vnguentis sequentibus, vel vnguentum superpositum de armeniaco, galbano, serapino pice græca, olibano, mastice, sepo hircino vel castratino & cæra alba. Item aliud experimentum & curabitur Equus, nec oportet Equum custodiri in stabulo nisi per quindecim dies, & ex tunc poterit equitari, ita tamen q in cursibus vel saltibus nõ exerceatẽ, Recipe succi radicis caprinellę, cyclaminis, & plantedium añ ℥. 8. axungiæ veteris ℥. 1. sanguinis draconis, olei camamillæ, terbentinæ, butyri, dialthææ añ. ℥. 8. cęræ albæ ℥. 8. sepi hircini vel arietini lib. 8. olei oliuarum lib. 8. soluenda soluantur ad ignem, & bene incorporentur, postea superpone dictos succos et sanguinem draconis, postea puluerisatum bene, & optimè incorporẽtur simul, hoc vnguentũ pone super fissuram vnguis Equi, & renoua quotidie bis in die. Post quindecim dies Equum si volueris potes equitare: veruntamen, vt prædixi, non currendo: & nihilominus quotidie bis videlicet manè & serò vngula Equi vngatur, donec vngula solida & sine frixura descendat. Item ad idem, Recipe succum cyclaminis ℥. 1. olei camamillæ ℥. 1.

læ ℥.i.& semis, sanguinis draconis ℥.ß. dialthææ ℥.ij. olei oliuarum ℥.i. terbentinæ ℥.i. sepi castratini ℥.ß. cæræ albæ ℥.i. ex his omnibus fiat vnguentum, ex quo vnguento debet seta & pes Equi inter coronam & vngulam de manè & serò quotidie vngi: & hoc fiat vsque ad quatuor menses: potes tamen si volueris eum quotidie equitare, dũmodo eũ non exerceas in currendo vel saltando. Item ad idem poteris vti vnguento quod positum est suprà in Capit. de Crepatia ex transuerso, quod fit ex terbentina, cæra alba noua & munda,& gummi abietis, & succo betonicæ, sicut ibi plenissimè continetur. Quidam verò sic curant setulam, Primò cauant seu quarrant setulam cum rosneta suauiter,ita quòd non sanguinet, & purgant ab immundiciis quæ sunt in scissuris illis, postea faciunt bullire puluerem salis gemmę in oleo oliuarum in aliquo cochleari ferreo quod habeat rostrum aliquod subtile, & per illud rostrum proiiciunt oleum feruens paulatim in setam incipiendo superius à corona, ita quòd seta coquatur à capite vbi habet originem in corona vsque ad extremitatem vngulæ: & postquàm sic fuerit cocta,inũgatur pes & tota vngula cum corona semel in die cum infrascripto vnguẽto quod valet ad setulam, & facit vngulas mirabiliter crescere,& ipsas conseruat ne frangantur,Recipe radices consolidæ lib. i.radices ebuli lib. i.& semis, & ipsas lotas minutatim incide, & aliquantulum conteras in mortario, deinde recipe sepi hircini vel arietini si de hircino haberi non potest, olei communis añ. lib. i. axungiæ porcinæ veteris lib. semis,bulliant omnia cum modico vino vsque ad consumptionem vini,postmodum cola & comprime radices bene, deinde recipe terbentinæ ℥.iiij. masticis ℥.ß. sanguinis draconis ℥.ß. rasæ pini albæ ℥.i. semis, serapini, armeniaci, oppoponaci, olibani albi, añ. ℥.i. picis naualis ℥.iij. mellis ℥.ij. cæræ nouæ ℥.ij. in hyeme: In æstate verò ℥.iij. terenda terantur,cribellentur,conficiantur,& fiat vnguentum, de dicto vnguento pes inungatur, vt prædixi, & infra octo dies vngula crescet & veniet sana: interim etiam Equus non exeat stabulum, & semper supra principium setæ superligetur aliqua pecia ne sordes ingrediantur setam, & hoc quousq; vngula appareat sana ad longitudinem vnius medii pollicis ad minus: & postquàm vngula apparuerit sana ad longitudinem vnius vel medii pollicis, vt prædixi, tunc inter setam & vngulam sanam quæ descendit reincidas cum rosneta seu facias carraturam ex trãsuerso longam ad mensuram medii pollicis ad plus, & sit stricta quantum strictior esse potest. Profunda verò sit quousque inueniatur vngula subtus sana,& semper quando Equum patientem setam ferrari continget, de vngula quæ directè est sub seta eleuetur magis quàm aliundè, ita ꝙ ferrum nullatenus ibi applicetur vngulæ: nam ex compressione ferri vngula posset scindi. His factis Equus securè potest equitari: dum tamen nec longo cursu nec multis saltibus fatigetur. Si verò vngula Equi sit nimis dura,ita quòd non possit bene cauari cum rosneta, vel Equus sit impatiens,fac infrascriptum vnguentum ad mollificandum vngulam, Recipe calcis viuæ partes duas,saponis partem vnam, capitelli tantum quòd prædicta bene impastentur simul, ad modum vnguenti liquidi,& pone cum stuppa supra locum quem vis mollificare, & liga desuper: caueas tamen inquantum potes quòd non tangat nisi vngulam,eò

lum eò quòd vlcerat carnes & coronã, & dimitte stare per quatuor vel quinque horas & mollificabitur locus intantum, quòd cum vnguibus poteris remouere de vnguibus Equi quod voles. Si verò capitellum haberi non possit, loco capitelli ponas lixiuium forte, & vnguentum factum de lixiuio dimitte plus stare su pra locum mollificandum, quàm illud quod factum est de capitello.

De Maledicto in pede, Cap. CXXXIII.



I Equus habet Maledictum in pede, subsequens remedium adhibeatur, Recipe saluiæ partes duas, & lardi partem vnam, tere & superpone quoniam sanabitur pes.

De alio malo in pede, Cap. CXXXIIII.



I Equus haberet malum in pede & subularet seu elanciaret in corona, primò remoue pilos & discooperi bene locum, postea superpone farinam bene mixtam cum axungia & coctam, & hoc fiat duobus diebus bis in die renouando, deinde superpone calcem non extinctam cum sapone ac sepo commixtam, & hoc facias tribus diebus renouando similiter bis in die, postmodum laua cum aceto calido, & superpone ibi herbam quę dicitur caprinella vsque ad deliberationem.

Si Equus doluerit propter laborem in pede, Cap. CXXXV.



Quus si doluerit pedem ꝓpter laborem, accipias eum de vngula eius & videas vbi est causa doloris: hoc iuuento, vre locum ferro calido et superpone cæram, sepum & picem simul liquefacta.

De Ragiaturam siue Dysenteriam patiente, Cap. CXXXVI.



Ccidit aliquando alia infirmitas Equo in ventre eius rugitum faciens & in intestinis, & cogit Equum sæpissimè stercora emittere indigesta & liquida sicut aqua. Contingit autem multotiens ex nimia comestione & indigesta, quum statim anteq̃ digerat cum festinantia equitatur, aut ex potu nimio aquæ frigidæ post comestionem ordei sine interuallo. Item accidit propter cursum post multam potationem aquæ immediatè. Item ex nimia inflatione corporis dolorem habentis. Debilitatur autem Equus ex nimio fluxu ventris intantum, quòd vix potest se cruribus sustinere. Item accidit ex cholerico & furioso humore. Dicitur autem hæc passio vulgariter Ragiato, alii vocant Forate. Cura, Cum videbitur Equus equitando bis vel ter longè stercus emittere quasi aquam & ordeum indigestum, incontinenti auferatur ei frenum & sella, & penitus dimittatur liberè ire pascendo, nec aliqua ratione moueatur inuitus, donec fuerit decenter constipatus: quoniam motus corporis ventrem & intestina exagitat. Herbas prati recentes comedat pascendo, quoniam mirabiliter prosunt ei quia ad digerendum sunt faciles, & sunt optimæ stomacho debilitato ratione ordei præcedentis. A potu inquantum poterit caueatur: quoniam aqua quum sit liquida infirmitatem potius augmentaret: & hoc fiat donec Equus penitus conualescat. Item ad idem, Si dicta passio processerit ex nimia & superflua comestione, nõ tribuatur ei annona nisi in modica quantitate & leuis, vt far & cancabrum & similia, & detur ei aqua ad bibendum tepida mixta cum farina. Item suffumigetur Equus cum fumo arsenici

nici & thuris. Si dicta passio processerit propter furiosos & cholericos humores incurabilis erit & prauum signum mortis, & manifestum erit cum Equus perdet appetitum. Quando verò contingit ex hac infirmitate Equum infundi, fiat per omnia sicut infrà in Cap. de Infusione Equi dicetur & docebitur. Item ad idem, Coque ad vmbilicum in circuitu & sanabitur.

De Infusione Equi, Cap. CXXXVII.



Est & alia Equi infirmitas quæ plerunque accidit ex nimia comestione & potatione, & quandoque ex immoderato labore aut grauiũ dolorum vexatione, propter quod dissoluti humores ad crura descendũt & vngulas, ex quo Equus cogitur claudicare, aut ex vno pede, aut ex duobus, & aliquando ex omnibus, & crura in ambulando grauissimè mouet, & in sua reuolutione difficile se habet. Ex cibo potuq; superfluo accidit: quoniam sanguis & humores alii exinde augmentãtur. Ex immoderato labore aut grauium dolorum vexatione quandoq; accidit quòd humores exinde dissoluuntur, vnde tam ex superfluitate quàm ex dissolutione decurrunt & fluunt humores ad crura & pedes & vngulas nisi statim & celeriter obuietur. Hæc autem passio Infusio vulgariter appellatur. Cura, Si Equus fuerit pinguis & perfectę ætatis pro velle potus sibi præbeatur, postea verò de ambobus timporibus & singulis cruribus de venis solitis quasi vsq; ad debilitatem corporis minuatur, vt humores currentes commoti ad crura subtrahantur, deinde velociter in aqua frigida currenti vsque ad ventrem immittatur, in qua etiã assiduè teneatur: nihil tamen permittatur comedere vel bibere deinceps donec ex toto fuerit liberatus. Si verò Equus fuerit iuuenis vel macer non detur sibi potus sicut dixi, sed in aëre frigido sicut & cum freno in alto ligetur intantum, quòd collum & caput cogatur extendere versus aërem quantum potest, deinde rotundi lapides ad modum pugilli grossi sufficienter Equi pedibus supponantur, veluti si fiat eidem cubile vel stratum, ita quòd super dictos lapides Equus moretur, & ex assidua oppressione lapidum rotũdorum pedes & crura continuè sint in motu, vnde ex assiduo motu crurium neruí pigri propter humorum concursus suam expellant grauedinem, & pars superfluitatis decurrentis ad tibiam consumitur nec fit ibidem attinctio: quoniam superiores partes euacuatæ sunt propter minutionem & insuper abstinentiam, & ideo non fit repletio. Cooperiatur verò Equus panno lineo, & nihil comedat, nec etiam aliquatenus à sole tangatur: & hoc fiat quousque perfectè fuerit curatus. Et nota quòd prædicta infirmitas non nocet iuuenibus Equis, imò prodest: quoniam propter humores descendentes ad crura tibiæ ingrossantur. Item ad idem, Decoquatur hordeum in aqua, deinde deferratis Equi quatuor pedibus ponatur dictum hordeum bene calidum in dictis peciis, & postmodum ligetur cum peciis bene calidum in quatuor pedibus Equi, Equo ad libitũ hordeum comedente. Item ad idem, Quidam infundunt panem in aceto forti & dant Equo illud bibere, postea ponunt in loco frigido Equum, & dant ei comedere & bibere sicut vult. Item, Alii lauant Equum in aqua frigida bene, & statim ipsum equitant donec sudet, deinde minuunt ipsum ex ambobus cruribus. ¶ Magister Maurus materiam de Infunditura aliter prosequitur:

tur: quia dicit quòd infunditura accidit Equis quandóque ex repletione, aut ex nimia superfluitate comestionis, quandoq; ex labore, aut ex immoderata humorum dissolutione, interdum quum post exercitium dimittitur in frigido aere discooperto & vento positus, aliquotiens ex potu festinato post annonam infunditur Equus, eò quòd humores inferius infunduntur & occupãt imam partem, siue quia calore dissoluuntur, siue ex multitudine humorum. Sed quæritur quare hæc passio quum ex humorum dissolutione & multitudine fiat, non occupet pedes posteriores quemadmodum anteriores? Dicimus, hoc ex calore cordis accidere potest, in illa parte dominantis & ex humorũ vicinitate: humores enim in posteriori parte permanentes, tum quia pauci sunt, tum quia nimium distant à fundamento caloris naturalis, dissolui non possunt ad hoc vt possent talem passionem mittere ad pedes posteriores. Signa ad cognoscẽdum hanc passionem sunt ista, Equus patitur grauedinem in toto corpore & motus eius valde difficilis, ita quòd retro nõ potest se mouere: & si mouetur ita incedit acsi super prunas ambularet, item tibias siue crura tenet spasmosa. Cura, Ante omnia (si ex comestione processerit) caueatur à cibis & potu, postmodum de vena colli siue de vena cruris anterioris sub genu de vtraque tibia vsque ad λειποθυμίαν, hoc est, vsque ad defectionẽ minuatur. Item ad idem, Recipe puluerem radicis raphani vel salicis & ipsum insuffla per cannulam in naribus, deinde ipsum statim facias ambulare & sanabitur.

De Moro siue Selso, Cap. CXXXVIII.



Voniam morbi naturales non omnes curari possunt aliquid de incurabilibus omittendum est, quia nihil vtile inde sequeretur. tractare igitur de curabilibus vtile & necessarium est. Dicamus de Moro siue Selso, quia alicui speciali morbo hæc infirmitas non approbatur. Dicimus ergo quòd Morus siue Selsus est quædam infirmitas carnis granulosæ proueniens in cruribus vel in aliis partibus corporis ex corruptione materiæ generata, faciens grossiciem quãdam carnis granulosæ sine corio & pilo ad magnitudinem vnius auellanæ vel nucis, quandoque maior quandoque minor coru superficiem superans. Cura, Superfluitas illa carnis incidatur, sicut cautius fieri potest, vsquequo caro cum corio complanetur, deinde si locus neruosus non fuerit, ferris ignitis rotundis decenter radicitus decoquatur. Si verò locus neruosus fuerit, teratur resalgar ad pondus vnius careni decẽter et superaspergatur, & si plus apponi expedierit, plus apponatur secundum q; magis & minus expedire videbitur, quoniam resalgar corrodit acriter sicut ignis: deinde corrosis radicibus morbi funditus, intromittatur in vulnere stuppa in albumine oui infusa decenter, & de tali stuppa vulnus totaliter impleatur vsq; ad tertiam diem, semelq; quotidie mutetur prædicta stuppa intincta: deinde pro festina vulnerum solidatione accipiatur calx viua & tantundem mellis, & incorporentur simul agitando, & fiat inde panis vnus, qui postmodum in lento igne coquatur donec fiant inde carbones de quibus fiat inde puluis, & de tali puluere imponatur vulneri cum stuppa minutè incisa, ea tamen intincta, bis in die mutando: prius autem abluto vulnere vino forti aliquantulum calido. In defectu verò resalgar, Recipe calcis

pe calcis & tartari añ. 3. 4. auripigmenti, viridis æris añ. 3. 2. puluerisentur ista subtiliter ad inuicem, & immittatur in vulnere bis vel ter vel quater, donec radices morbi prædicti funditus confundantur, semper prius tamen abluto vulnere cum aceto: hic autem puluis minus violentus est puluere resalgaris. Sciendum est tamen, quòd vix aut nunquam pili renascentur ibidem.

De Glandulis testudinibus & scrofulis, Cap. CXXXIX.



Glandulæ, testudines vel scrofulæ fiunt ex materia corrupta in vno loco se coadunante, quia nascũtur inter coriũ & carnẽ. Cura, Scindatur corium desuper per longum & extrahatur Glandula, testudo vel scorfula manibus, cautè vngulis excarnando: vel aliter, scindatur corium vt prædictum est, postmodum superaspergatur puluis resalgaris bene triti: vel aliter, scisso corio per longum, & extracta Glandula, testudine vel scrofula, locus postmodum ferro ad hoc apto ignito decoquatur. Item ad idem, Fac curam suprapositam in Cap. de Spauanis, quæ incipit, Radatur primò locus, deinde recipe radicem & cæt. hoc tamen addito, quòd ad Glandulas, & scorfulas supradictas lupini incisi & bene pisti ponantur tribus vicibus sicut supradictum est, & postmodum ponatur pix, & non auferatur quousque cadat. Item ad scorfulas extrahendas sine ferro, Confice cantharides & stercus bouinum cum aceto, postea super locum vbi sunt scorfulæ prius rasum, ad modum emplastri ponatur & superligetur: vel aliter, Scisso corio, vt prędixi, superaspergatur puluis calcis viuæ, tartari, auripigmenti & viridis æris sicut prædixi suprà in Cap. de Moro siue sello, deinde vsque ad consolidationem eadem cura quæ in Selsi Cap. dicta est, in omnibus adhibeatur. Si verò ex incisione vel excarnatione alicuius arteriæ vel venæ nimis sanguis prorupit, fiat sic vt dicetur infra in Cap. de verme Anticor dicto: tutius est tamen dictas Glandulas vel scorfulas destruere pulueribus supradictis, quàm incisione vel decoctione aut manuum extractione, maximè si dicti morbi in locis venosis vel neruosis extiterint.

De ficu qui nascitur alibi quàm in pedis solea Equi, Cap. CXL.



Ficus est mollis inflatio cum rubore vel nigredine sine pilis extra corium nascens in summitate iuxta corium strictum: nascitur autem in extercutaneo sanguine. Cura, Accipiatur vnum filum de serico & vnus pilus caudæ pulli qui nunquam orietur & æqualiter insimul torqueantur, postmodum ex dicto filo sic torto Ficus strictè iuxta sanum corium ligetur, & quãdo filum relaxatur, restringuatur ficus bene iterũ atq; iterum donec Ficus per se cadat: & si Ficus renascatur, iterum scindatur iuxta sanum coriũ, & circa locũ ficus, quidam circulus tenacis argillæ ponatur & mel valde calidum infundatur intus, & exterso primũ circulo cum melle, similiter secunda & tertia vice fiat, postea stercora hominis vel anseris alligetur. Si autem gibbus fici in capite vel in tibia apparet, vbi propter latitudinem, vel paruitatem non posset stringi cum filo, tunc accipiatur latum frustũ de corio & in medio fiat foramen rotundum, & circa Ficum ne aduratur corium sanum ponatur, deinde

deinde fiāt tortelli de viridi marrubio , & super tegulam calidam calefiat vnus tortellus,& quum bene incaluerit,calidus superponatur,& comprimatur desuper bene dum calet:& postquàm fuerit refrigidatus,alter similis apponatur calidus,& sic fiat donec Ficus incipiat nigrescere : quia tunc est signum curationis cum nigrescere incipit Ficus.

De Equo Scalmato, Cap. CXLI.



Ontingit Equo pluries quędam infirmitas corporis,macerans & interiora desiccans,nec nō fœtere facit stercus acsi esset stercus hominis, & etiā plus illo , de quo creari solent aliqn̄ vermiculi rubei siue albi, vnde Equus de facili impinguari nō potest nec carnes assumere. Accidit autem ex diuturna macredine nimisq́ modica sibi comestione largita. Accidit item ex corporis & hepatis crebra calefactione : quare Equus macrescit & desiccatur quasi consumptus , & hanc passionem aliquando consequitur febris.Et hæc passio dicitur Scalmatura.Signa cognoscendi hanc ægritudinem hæc sunt,Extremitates membrorum Equi sunt calidæ, corpus Equi macrescit & attenuatur , item Equus tardus efficitur ad motum , item sitim continuam patitur. Cura , Danda sunt ei frigida & humida temperatè , ad expellendum siccitatem interiorum diutius iam retentam & ad humectandum corpus : fiat igitur ei decoctio de subscriptis,Recipe violariam,parietariam,brancham vrsinam,scariolam, pimpinellam , lactucam & portulacam æquali quantitate,& coquantur simul : prius tamen posito ibi de furfure hordei & croco decenter : Eis verò decoctis decenter,colentur per stamiginam: postea verò in aqua prædictę decoctionis butyrū in bona quantitate & de cassia fistula tantundem dissoluantur,deinde in anum Equi prædicta decoctio competenter calida immittatur cum instrumento ad hoc apto , & fiat per omnia sicut infrà in Capit . de dolore ex superflua comestione dicetur , excepto quòd dicta aqua teneatur in ventre Equi quādiu poterit teneri:quoniā ex hoc intestina in vētre Equi magis humectātur.Fiat pręterea eidē potio de vitellis ouorū coctis & oleo violato cum bono vino agitatis.& postea ponātur in cornu bouino,& bis vel ter detur plenum Equo glutiendū,sicut dicetur in Cap.de Pulsiuo.Itē aliud,Ponatur Equus patiens solus in stabulo,& per duos vel tres dies nihil comedat nec bibat,postea dentur ei lardones bouini vel porcini saliti ad comedēdum,quantum voluerit: quia tum propter famem, tum propter lardonis seu saginæ salsitudinem libenter comedet.Comedente autem ipso de lardonibus siue modicum siue satis, detur ei bibere aqua calida iuxta velle,mixta tamen prius cum ea farina hordeacea competenter: deinde paulisper equitetur , donec ventrem euacuet de comestis. Postquàm autem ventrem euacuauerit & intestina,citò & cōuenienter cum aliquo prædictorum medicaminum ad statum pristinum reducatur.Inter cætera comestibilia tutius est ei frumentū comedere bene mundatū cum aliquantulo salis,vel bene desiccatum,ad quantitatem minellarum , vice qualibet antè quàm bibat cottidie bis in die: tale enim frumentum satis nutrit & reficit corpus Equi, & sic Equus de facili impinguatur ad velle . Item ad idem , Fiat minutio de vena colli in parua quantitate,deinde Equus collocetur in loco frigido tem

do temperato,& annona sibi competens tribuatur, & de hora in horam dentur ei ad comedendum herbæ super quas de nocte ceciderit ros: præterea per interualla & frequenter minuatur, & vice qualibet parum de sanguine extrahatur: & si inspexeris in aliquo vase sanguinem eius apparebit quasi croceus: de manè & serò ducatur ad locum vbi sit gramen et ibi pascat, vt natura eius aliquantulũ confortata calor ad propriam temperationem reducatur: interdum incurabilis est hæc passio si crines & pili effluere & cadere incipiant. Item ad idem, Multum prodest dare Equis virides frondes salicum vel cannarum. Item Equo dare ad comedendum setalam parum coctam & postmodum desiccatam, inter cætera facit restaurare & occidere vermes qui sunt in corpore.

De Equo Pulsiuo, Cap. CXLII.

Fit quædam infirmitas Equo in canalibus pulmonis oppilans eos ita quod vix Equus anhelitum emittere potest, ex qua Equis contingit quædam narium continua & magna suffocatio, & crebra pulsatio iliorum. Accidit autem leuiter, & magis Equis pinguibus & repletis ex subito & multo labore dissoluente humiditates iuxta pulmonem, vel ad canales eius defluente & eos oppilante, ex quo Equus respirando impeditur. Dicitur autem hic morbus vulgariter Pulsiuus, & credimus esse speciem anhelitus. Prouenit autem Pulsiuus ex humore, pulmonis substantiam aggrauante, vnde liberè flatum non potest emittere, qui retentus aggrauat totum corpus, & redundans ad concauitatem iliorum quæ proprios ibi recludunt & maiorem grauedinem operans, illam pulsationem inducit: prouenit quandoq; etiam hæc infirmitas quando post cursum vel magnam fatigationem statim Equo potus aquæ frigidæ ministratur, in quo garziones qui ipsos custodiũt peccãt multum, quia ipsos ante potũ currere faciunt vt plus bibant post cursum. Cura maximè difficilis est & magis si fuerit inueterata. Et quum fiat morbus iste propter pinguedinem vel humiditates alias dissolutas, & ad canales pulmonis defluentes & coagulatas ibidem, curetur calidis ad liquefactionem pinguedinis coagulatę inter meatus pulmonis. Fiat igitur in primis talis potio, Recipe garyofilorum nucis muscatæ, ℥. ℥. galangiæ, cradamomi anã. ℥. ℥. materiæ camini, seminis fœni, cimini parum plus aliis supradictis: pulueristatis bene his omnibus & agitatis cũ vino albo, cum. croci congrua quantitate distẽperentur, deinde apponantur vitella ouorum ad quantitatem omnium prædictorum, & simul cum ipsis distemperentur & agitentur, potio autem sit tantum liquida quòd valeat leuiter deglutiri: deinde parato Equi capite freno, & eleuato in altũ ore Equi cum cornu bouino vel alio simili prędicta potio ministretur, ita ꝙ ipsam bene transglutiat. Maneat autem caput sic alte suspensum per horam vt bene potio ad interiora descendat, postmodum ducatur ad manum, vel paruo passu equitetur modicum vt prædicta potio bene incorporetur ne ipsam euomere possit. Per diem autem & noctem illos nihil comedat neque bibat ne occasione cibi vel potus impediatur potionis effectus. Secunda verò die recentes comedat herbas vel frondes cannarum vel salicis, siue alia recentia quæ haberi poterũt, vt frigiditate herbarum recentium calor potionis prædictæ aliquantulum temperetur:

Dico autem Ego quòd si requiritia vel succus eius prædictæ potioni apponeretur, plus valeret quia pulmonem purgaret, & aliorum calorem temperaret. Item cura seu potio mirabilis ad Equum pulsiuum, Recipe capillos veneris, ireos fraxini, requiritiæ, fœnigræci, passularum añ. 3. semis. cardami, piperis, amygdalarum amararum, baurach añ. 3. 2. seminum vrticæ, aristologiæ añ. 3. 2. fiat decoctio, & dissoluantur. algarici 3. semis. & pulpæ coloquintidæ 3.2. fiat dissolutio cum melle ad quantitatem lib. 2. & detur dicta potio tribus vicibus vel pluribus si fuerit expediens, & ponatur in cornu, & si fuerit nimis dura addatur aqua decoctionis requiritiæ: si prædicta infirmitas recens fuerit, modo prædicto curetur. si verò antiquata fuerit vix curabitur. possunt tamen aliqua remedia fieri, vnde sic fiat, Coquatur vtraque illa ferris decentibus in vnoquoque ad modum crucis duas lineas faciendo vt per ignē illorū pulsatio minoretur, nares etiam per longum scindantur, quoniam leuius attraheret aërem & emittet: his & aliis adhibitis remediis congruis (si virtus fortis extiterit) fortè curabitur. Item ad idem, Detur Equo per triduum de frumento elixo vnū parum, & detur ei bibere de bono musto recenti antequàm bulliat quantum voluerit & dimittatur in loco sereno vel frigido & parum de herbis sibi detur: hoc etiam valet ad tussim siccam: in defectu musti detur vinum forte optimū, & apponatur cum eo aqua decoctionis requiritiæ. Item ad idem, Fiat minutio de venis crurium anteriorum & specialiter ab anteriori parte, cauteria etiam fiant in illis ab vtraque parte, secones etiam in vtraque parte immittantur, & ter in die cum sapone ducantur vt humores ad inferiora decurrāt: postmodum accipe marrubium & absinthium & misce cum farragine vel herbis viridibus & da Equo ad comedendum, dictarum etiam herbarū succus scilicet marrubii & absinthii cum cornu detur, tamen Equum custodias à frigore & ab oppilatiuis, collocetur etiam Equus in loco calido, & modicū fatigetur, & fiat emplastrum de iisdem & rutha in ambobus illis, & herbæ diu tentæ mixtæ cum herbis recentibus propinentur: & cum omnibus prædictis ad vrinæ prouocationem insistatur, quia cū vrina ventositas emittitur. Item ad idem. Recipe serpentem & absciso capite & cauda & extractis interioribus fac bullire in aqua fluuiali vel alia quousque carnes serpentis ab osse seu spina separentur, deinde abiecto osse seu spina misce dictam aquam & carnes serpentis sic coctas cum furfure seu frumento vel alia annona, & da Equo sic mixtum totū comedere vel bibere aquam decoctionis prædictæ, & erit melius ita quòd non detur sibi alius potus quousque totum biberit, & carnes cū annona mixta detur ad comedendū. Debet autem per istum modum tres vel quatuor serpentes comedere interponendo dies aliquot, vt de triduo in triduum detur sibi talis comestio & potus. Valet etiam ad Equum scalmatum, & valet ad tussim siccam, & ad Equum qui emittit vermes in egestionibus, quæ passio est mortifera.

De Equo Infusico, Cap. CXLIII.



Est etiam infirmitas Equo proueniens, neruos attrahēs languoresque faciens per mēbra, et quāque parū tumoris adducēs, ita quod coriū intantū extēditur & sciatur quod vix pōt capi digitis siue stringi, necnon in suo gressu quasi infunditus videtur, & quandoque oculi lachrymantur. Et accidit

dit hæc infirmitas quando Equus sudatus vel calefactus supfuerit, & postmodũ ponitur in loco frigido vel ventoso, quoniam ventus subintrat per poros apertos: nam ex calore pori aperiuntur & fit languor & attractio neruorum, inde oritur impediens gressus Equi, qui morbus vulgariter dicitur Infusticus. Cura, Primò patiens in loco calido ponatur, deinde aliqui lapides molares vel lapides inigniti sub ventre Equi ponantur, interim superposito prunis pãno lineo grosso Equi longitudinem & altitudinem superante, & teneatur pannus ille à duobus hincinde, ita quòd medium pãni resideat super tergum Equi, & postea paulatim & sæpius aqua calida super dictis lapidibus aspergatur, & intantum illa fumositas Equi corpus præoccupet donec totum in sudorem vertatur, & quum ex tali longa operatione Equus fuerit bene calefactus et vniuersaliter sudauerit, inuoluatur Equus prędicto panno, & prout melius fieri poterit, cinguletur, & tãdiu moretur sic, donec sudor omnis recedat & cesset: sudore cessante crura fricentur & inungantur optimè butyro vel dialthæa vel oleo oliuarum calidis cõpetenter. Vel fiat talis decoctio, Recipe paleæ frumenti, aristarum, alliorum, cineris & maluarum, & insimul decoquantur, & cum tali decoctione calida cibaria donec ad statum debitum reducatur.

De Verme Equi, Cap. CXLIIII.



Ermis est quædam infirmitas incipiens in Equi pectore vel intra coxas iuxta testiculos, deinde descendens ad crura tumefacit illa crebris vlceribus perforando, qui morbus ex malis creatur humoribus superfluis & calidis longo tempore insimul congregatis & cõfluentibus ad quasdam glandulas, quas Equi singulariter habent inter vtramq; partem pectoris prope cor & intra coxas iuxta testiculos. Confluunt autem ibi propter dolorem ibi inuentum, quoniam ad locũ dolẽtem fluũt humores & spiritus, aut ex nimio labore dissoluente vel ex longa humorum ibi residentia & putrefactione recipiunt loca illa humores & detinent, quia caro glandulosa spongiosa est: confluxus igitur humoribus ad locũ & ibi defectis & putrefactis tumescit glandula & abinde pectus, postea quum ex putrefactione concurrit ibi multitudo humorum, deinde tument crura ab humoribus ad ea descendentibus, & vlcerantur propter corruptionem & inordinationem ipsorum, quæ vlcera multas emittunt humiditates, & nisi succurratur tota corporis humiditas per ea euacuabitur: Hic morbus quia in diuersis locis nascitur diuersimodè nuncupatur, sed ab eo qui ad crura descendit incipiẽdum est quoniam magis apparet & frequentius accidit. ¶ Magister Maurus dicit quòd hanc passionem aliqui Guttam, aliqui Vermẽ vocãt, eò quòd ad similitudinẽ illius serpendo cutem inficiens eã minutatim perforat, & per illa foramina sanies effluit. Hæc autem passio quãdoq; occupat anteriora tantum, quandoq; circumfunditur per totum corpus, sed cum per totum corpus spargitur sola minutione curatur: fit hæc ęgritudo duabus de causis, vel quia Equus post diuturnũ & prolixum exercitiũ manet longo tẽpore in quiete vt restauretur, & nõ minuiť, vnde humores qui soliti erãt sudore euaporare vel exercitio cõsumi retinẽtur interius, multiplicãtur & corrũpunť, vnde quia mãdibulæ sunt in cõtinuo motu, ipsarum calore

 humores

humores dissoluũtur,& circa venam organicam defluunt,& in summitate pectoris conseruantur & retinentur, ibique in carnem quandam quasi marcidam transubstantiantur, quæ omnem humorem illuc decurrentem corrumpit,ibiq; maiorem assumens virulentiam et terrestreitatẽ decurrit inferius,partes per quas facit transitum dissipando,vnde ex eius habũdantia & plenitudine crura tumescunt, & fit dicta ægritudo ex virulento illuc decurrente,& tunc humor ille fluit nimis & vlcerationes apparent croceæ & quasi cholericæ, & sunt depressiores hoc est spissiores.Cura,Quando glandulæ,quas prædixi,tumescunt,vel plus solito augmentantur,statim Equus de vena solita colli Equi quæ est inter collũ & caput,& de venis solitis ab vtraq; parte pectoris vel coxarũ vsq; ad debilitatem cordis vel corporis sanguis minuatur,vt humores superflui euacuentur, deinde ponantur secones siue laquei in pectore vel in coxis,vt humores contenti decurrant per congruam exagitationem seconum : & quia sic secones præparant viam humoribus iam concussis,nullam vel paruam faciunt læsionem : ad locum autem dolentem fluunt naturaliter & humores & spiritus,vnde sine vsu & agitatione prædictarum seconum humor ad locum dolentem rediret: post hęc cauterisetur profundè,deinde stuppa bene balneata in clara oui superponatur,et per tres dies Equus stet in stabulo in quiete,& ibidem cõedat & bibat: postmodum verò singulis diebus manè & serò aliquantulũ exercitetur vt humor ille conglobatus dissoluatur & egrediatur: hoc autem fiat donec tibia tumescat,& vlcera inceperint desiccari,& color subniger vel croceus conuertatur in album. Ad vlcera desiccanda fac tale vnguentum , Recipe calcis viuæ,piperis,sulphuris,nitri, & lactis anabulæ,& hęc omnia conficiantur cum oleo communi: hoc vnguentum vlcera desiccat & ea cõsolidat. Item in singulis vlceribus distemperetur seu liquefiat pix gręca,vel cauteriũ superponatur,& post mensem Equus minuatur.

De uerme Volatili, Cap. CXLV.



Vandoque accidit quòd in corpore Equi efficiuntur vlcera plurima diuersimodè & specialiter in capite Equi, vnde tumescit Equi caput & per nares,velut aqua,humores plurimi emittuntur. Hic autem vermis Volatilis vulgariter nuncupatur: quia ad partes superiores ascẽdit quod ideo contingit , quoniam humores ad superiora feruntur . Cura, Minuatur Equus de venis consuetis amborum temporum sufficienti sanguine extracto, deinde secones sub gutture ipsius ponantur . De seconum verò agitatione,de comestione,de equitatione , necnon de visitatione loci frigidi fiat per omnia sicut suprà in Capitulo ꝓximo de Verme iam dixi. Si verò vermis volatilis in Cymorrham transeat (quod sæpe contingit) fiat sicut suprà in Capitulo de Cymorrha narraui. Aliqui vocant hunc vermem Talpinum quem sic curãt, Inuento capite vermis, scindunt locum & extrahunt vermem coquuntq; foramina ferro ignito,& dant ei herbam hauenæ comedere,beneq; custodiunt.

De ver

De uerme dicto Farsino, Cap. CXLVI.


Farsina ex nimia humectatione carnis & repletione humorum vocabulum sumpsit, quam quidam Vermem vocant, eò quòd putridus & superfluus humor in carne & cute foramina facit, quemadmodum vermis terrestris facit in terra. Nascitur autem ex putrido sanguine renantizante extra venas, & aliquando nascitur ex plaga vel ictu si infrà duos menses curatus non fuerit, & fit in concauis locis sicut inter spatulas & in lateribus, soletq; ex consortio Equi farsinam habentis accidere: contagiosus enim morbus est. Cura, Si infirmitas in anteriori parte fuerit corporis, ex habundantia sanguinis in corpore percipitur, vnde originem multoties sumit, tūc de vena colli minuatur: & si locus infirmitatis in cauernis ossium vel musculorū nō fuerit, sed in loco carnoso tunc incidere & denudare omnem occultam callositatem bonum est, ac postea incidere cum ferro, deinde emplastrum de melle, vitellis ouorum, farina & agrimonia vel anantia factum apponere. Contra farsinam in Equo vel in homine puluis expertus, Recipe diadraganti, boli, sulphuris, gallæ, fuliginis añ. ℥. i. olei, aloës, myrrhæ, olibani, atramenti, picis nigræ, cornu ceruini, aristolochiæ lōgæ & rotundæ, foliorum myrti, & corticum mali granati, gypsi, subterræ, salis, saponis añ. ℥. ii. panis hordeacei, testarum oui & mellis combustorum in pargameno ℥. iii. pulmenta superpone. Et nota quòd si vermis fuerit in aliqua plaga, puluis ellebori albi infusus in aqua teneatur in os. Et nota quòd minutio non est facienda in Equo quando farsus multum inualuit: sed circa principium & in declinatione, in medio autē non. Item nota quòd castratis animalibus minuendum nō est nisi magna necessitas vrgeat, in eis enim sanguis minuitur & frigiditas augmētatur: signum est quòd castratorum animalium venæ sunt attenuatæ. Item ad idem ℥. pugilli gariofilatæ, & ℥. plantaginis, & vnus pugillus raphani terantur bene & cū aqua humectentur, & dentur Equo ad transglutiendum, & emplastrū factum de anancia & radicibus raphani añ. super infirmitatē pilis abrasis ligetur, sicq; fiat bis in die manè & serò donec infirmitas omninò deficcetur: interim autem hordeum & paleam vel fœnum dura tere, comedat, & à præbenda & potu optimè custodiatur.

De uerme dicto Anticor. Cap. CXLVII.


Accidit multoties propter magnā quietem Equi, & maximè si Equus fuerit bene præbendatus, & minutio non præcesserit in tempore constituto, quòd multi humores superflui in eo generantur. propter quod aliquando virulentus humor in vasis sua furiositate & multitudine retineri non potest, sed deriuatur ad loca concaua, videlicet spiritalia vbi sunt spiritus, & circa cordis casulam coadunatur: & quia multus est humor vigore virtutis expulsiuæ cordis non potest totus expelli, sed quædam pars ad exteriora trāsmittitē, videlicet ad pectus, quæ ibi tumorē generat: q̄ si collū occupauerit signum est mortis: pars verò altera quę in casula cordis est putrescit, putrefacta autē ipsa corrūpit substātiā cordis, & sic mors sequitē, vñ hęc passio cordis suffocatio vocatē, hęc est Anticor. Signa ad cognoscēdū hūc morbū sunt ista, caput tenet demissum ita q̄ vix videtur posse caput sustinere, itē Equus pdit appe-

titum: item in pectore patiētis Equi apparet manifestus quidam tumor. Et debes scire quòd ille tumor seu glandula quæ manet in pectore Equi iuxta cor nimium augetur, propter multitudinem humorum confluentium ibidem, & ad partes alias nullatenus deriuantem, & talis tumefactio vel augmentatio glandulæ subitò redditur in apostema, & quia vicina cordi satis exiſtit eidem continuè aduersatur, & nisi patienti celeriter succurratur, cor Equi ab apostemate prædicto facilius possit lædi. Dicitur autē hæc infirmitas Anticor, hoc est, contra cor. Cura, Ante omnia fiat minutio de vena femoris interius, postea fiant duæ incisiones per lōgum sub tumore vt humor ille egrediatur, exercitetur etiam modicum vt calore exercitii dissoluatur, & à vento custodiatur quia de facili spasmus superueniret: item aliqui secones ponantur inter femora & ducantur donec vulnus sanetur, & si tempore sanitatis Equis hoc fiat ab infirmitate præseruabuntur: siue Equus infletur sub pectore siue sub ventre perfora tumefactionem cū flebotomatione per duas partes vel per quatuor si expedit, & transmitte aliquod ferrum longum, deinde mitte secones, & ducas donec vulnus spumet, & id sæpe fiat donec sanetur. Ad id quòd tumor siue inflatio detumescat, & humor ibidem permanens dissoluatur & consumatur tale fiat emplastrum, Recipe brancham vrsinam, absinthium, hederam, maluā terrestrem, sparuulam, rubeam minorem, & rutā cum suis radicibus, deinde decoquantur omnia simul valde bene, & ponantur omnia tepida super inflationem ad modum emplastri, quia sine dubio inflationem siue tumorem dissoluet. Si Equus habuerit guttam siue inflationem in tibiis accipe radicem filicis & tere cum axungia, & fac vnguentum & vnge. Item potest subueniri infirmitati Anticoris per alium modum, Statim quòd glandula seu tumor videbitur subitò ingrossari & quasi cum furore augeri plus solito, & plerumqne totum corpus tumescere multum ex pectore absq; mora, prædicta tumefactio radicitus extirpetur sicut vermis, & vulnus curetur sicut suprà de Verme dictum est, exceptis seconibus & equitatione & mansione frigida quibus nullo modo vtatur: & quia hæc infirmitas siue apostema satis vicina cordi exiſtit debet cum summa diligentia custodiri. Si verò ex eius apertione aliqua vena prorumpatur in sanguinem, capiatur vena & stricta bene manibus filo serico alligetur fortiter. Si verò propter habūdātiam sanguinis vena capi non possit, mittantur in vulnus medicinę positę suprà in Cap. restringendi fluxum sanguinis, ad sanguinem restringendum.

De dolore ex superfluo sanguine, Cap. CXLVIII.



Accidit Equo alia ægritudo quæ intra corpus Equi actualiter generatur, adducens inter corpus Equi dolores & torsiones multimodas quæ accidunt Equo ex superfluitate corrupti sanguinis intra venas inclusi. Et hic dolor inflationem corporis & iliorum non includit sed venæ patiētis inflantur, & Equus cogitur eiicere se in terram. Cura, Cum videtur Equus dolere intus in corpore incessanter absq; tumefactione aliqua iliorum respicies ilia circumcirca, tunc de vena quæ Tigrarica dicitur, videlicet prope cingulā ab vtraq; parte corporis minuatur, deinde ducatur ad manus paruo passu, & nō comedat neq; bibat donec dolor dimiserit eum ex toto.

De dolore

De dolore ex uentositate, Cap. CXLIX.


Fit aliquando dolor ex ventositate subintrante pluries per poros corporis propter laboris calefactionem & sudorem, sudorem in corpus Equi adducens iliorum, quandoque corporis tumefactionem immensam vnde Equus affligitur vehementer. Et hæc passio Dolor ex ventositate dicitur. Cura, Accipiatur canellus de canna grossior qui potest haberi ad longitudinem vnius palmi,& inunctus oleo iniiciatur in anum patientis Equi,maiori parte canoni intromissa in ano,& ligetur optimè cum aliquo filo forti in capite caudæ ne canonus exire possit: deinde statim equitetur cum festinantia versus loca montuosa trotando, & diu ipsum equitādo coopertum decenter: & bene fricentur in primo ilia peroptimè,manibus oleo calido madefactis,& sic trotando Equus calefiat, & per canonam existentem in ano,assumptam ventositatem emittet: deinde cibandus est calidis,sicut grano frumenti, spelta & fœno, & potetur aqua in qua decoctum sit ciminum & semen fœniculi in bona quantitate,& aqua aliquantulum infrigidata immisceatur farina frumenti decenter,& tamdiu patiens à potu abstineat donec aquam istam bibat: semper etiam vsq; ad conualescentiam procuretur ei locus calidus pro quiete. & prædicta cura vtatur donec à dolore liberetur.

De dolore ex nimis comestione, Cap. CL.


Accidit etiam dolor ex superflua comestione hordei vel sui similis indigesti,intra ventrem torsiones inducens acerrimas & diuersas, iliaque affligens continuè intantum,quòd vix Equus erectus potest stare quin cadat in terram & iaceat, & hoc fit ex superflua comestione hordei indigesti & in ventre tumefacti. Cura, Recipe maluæ,violas,parietarię, branchæ vrsinæ, seminis fœniculi vel anisi,matricalis in æquali quantitate, & coquantur in aliquo vase, & ponatur de sale, melle & oleo in bona quantitate, & de surfure tritici, & agitentur insimul, deinde aqua decoctionis ponatur in aliquo vrceo, & fiat inde sibi clyster cum instrumento ad hoc apto, per quod prædicta aqua decenter calida iniiciatur in ventrem Equi. Stet autem Equus altior in parte posteriori quàm anteriori ne aqua per clysterem immissa possit exire, sed melius possit per ventrem discurrere: quo facto,statim obturetur anus stuppa sufficienti ne aqua quoquomodo possit exire, postea verò dum sic manet cum ligno rotūdo & bene polito venter Equi sufficienter ducatur à duobus hominibus vno existente ab vna parte & alio ab alia,& incipientibus ex anteriori parte vsq; ad posteriorem lignum prædictum versus ventrem viriliter imprimendo: prius tamē venter Equi oleo calido vel aliquo alio vnctuoso bene vngatur: Postquam autē venter Equi bene fuerit ductus & cōuenienter fricatus,deopilato ano, Equus paruo passu versus loca montuosa equitetur donec eiiciat vel egerat omnia quæ in ventrem eius immissa fuerant & magnam partem de aliis, & sic dolor cessabit: quoniam,Cessante causa cessat effectus. Ad idē,Recipe duos pugillos salis,& mitte in vno vrceo pleno vino,& insimul bene misce,deinde mitte dictum vinum cum sale mixtum in os Equi vt totum recipiat, postea facias superpositorium de porro inunctum ex sapone nigro.

De dolore propter indebitam retentionem urinæ, Cap. CLI.


Ontingit aliquando dolor Equo ex indebita retentione vrinæ vesicam inflans, torsiones graues inferens & dolores, cum parua tamen inflatione circa locum virgæ, absque tumefactione aliqua iliorum & corporis, propter quod Equus cogitur satis & crebrè ducere ilia, & se iactare in terram. Cura, Recipe senationes, cretariam, parietariam, radices sparagi & brusti añ. bulliant omnia simul in aqua, & ipsis decoctis sufficienter circa loca virgæ ponantur cum fascia longa & lata & calida, ligando dictam fasciam super dorsum Equi, & hoc fiat sæpe: & cum fuerit infrigidata imponatur alia calida donec prouocetur vrina, Item ad idem valet satis si virga patientis Equi manibus vnctis oleo extrahatur, & postmodum fricetur oleo tepido competenter, deinde teratur aliquantulum piperis cum alliis & intra foramen virgæ, tamen auriculari digito, imponatur. Item ad idem & melius, Cimices triti & paululum cocti in oleo intra foramen virge ponantur. Si prædicta non iuuant, tunc Equus patiens liberè cum aliquo iumento in stabulo dimittatur, vt ex voluptate coëundi patiens prouocetur ad vrinam. Et nota quòd hoc remedium contra dolores singulos vtile reperitur: quoniam voluptas coitus vires corroborat & membra confortat. Item contra dolorem ex ventositate & retentione vrinæ valet multum si vnum manipulũ sauinæ bene tritę distemperetur in oleo vel bono vino, & iniiciatur in ventrem Equi per os. ¶ Magister Maurus aliter prosequitur materiam istam, & dicit quòd dolor in Equo nihil aliud est quàm colica passio. Ab aliis autem vocatur Strophus, ab aliis Truncatio eò quòd intestina sæpius ex tali passione truncantur. Procedit autem hæc passio, vt ipse dicit, quandoque ex multa esca assumpta, quandoque ex paucitate seu defectu ipsius, quandoq; ex festinato potu post escæ assumptionem, interdum ex multo labore post potationem. Tunc cognosces quòd ista infirmitas accidit ex multa esca assumpta quando annona non digeritur, vnde ipsa indigesta fluit ad intestina, & ipsa replet & aggrauat: ventositas verò inclusa intestina obuoluit, ex quo Equus sentit dolores immensos: tunc autem cognosces quòd infirmitas procedit ex defectu seu paruitate escæ quando Equo assueta esca non datur, vnde quum subitò datur ei satis ad comedendũ Equus cum magna auiditate cibum recipit, & in magna quantitate repletur, propter quod intestina replentur quæ ex cibo tali repleta torsiones & dolores inducunt: qualiter autem generentur dolores ex festinato potu post escæ assumptionem, & qualiter ex multo labore post potationem, ex his quæ suprà dixi cognoscere poteris. Signa qualiter cognoscere poteris Equum qui dolores patitur sunt ista, Gurgulatio & torsiones nimiæ: item sæpe respicit Equus ad loca in quibus dolores patitur credens se dolere exterius: item venter Equi tumescit et ingrossatur: item Equus assellare nec stallare potest: item Equus frequenter in terrã se proiicit & reuoluit credens ex hoc se non dolere. Cura, Fiat ei minutio de vena colli siue de naribus, deinde equitetur aliquantulum per loca arenosa, & per ascensus & descensus, & per loca lapidosa & marmorea, vt cibi descendant ad fundum stomachi, & calor naturalis confortetur. Si verò Equus ex hoc non conualuerit ponatur in stabulo bene calido, &

do, & ibidem dimittatur, nec detur ei potus neque cibus donec inflatio recedat & cesset voluntas reuoluendi se per terram. Et nota quòd non debet Equus permitti se nimis reuoluere per terram ne ex tali violentia intestina rūpantur. Item experimentum mirabile ad dolorem Equi vel alterius animalis patientis dolorem, Recipe vrinam pueri virginis, & in gutture animalis tres vel quatuor guttas proiice ita quòd ingrediantur eius ventrē, & liberabitur. Item ad idem, Accipe cyclamen & ex eo facias stupigium siue tastam, quod inungas oleo communi, deinde ponas in sexu Equi ad hoc quòd ea quę sunt in ventre Equi dissoluantur & exeant. Item ad idem, Abluatur fortissimè sexus Equi cum aqua salsa, & per cannellum seu clysterem dicta aqua immittatur in corpus Equi, & hoc ipsum etiam facere poteris cum sapone immittēdo ipsum cum prædicta aqua immixtum in corpus Equi cum cannulo seu clystere. Item ad idem, Fac vnum lignum & inungas ipsum oleo communi, deinde sic inunctum, in intestinum mittatur, postmodum paulatim voluendo extrahatur vt egestiones cum ventositate foras exeant. Item ad idem, Habeas allia & cum saxifragia bene pista, deinde emplastrum ipsum supra genitalia pone: quia vrina mirabiliter prouocabitur: fiant etiam & alia remedia superius posita ad prouocationem vrinę. Item ad idem, Recipe duos pugillos ※ & vnum vrceum plenum vino, & insimul misce, & mitte in ventrem Equi per cannulā vel clysterem, & si non recedat tumor ventris ex his quæ suprà dicta sunt accipe porrum & vnge cum sapone nigro, & mitte in fundamento eius, quia tumor statim recedet. Accidit etiam Equis difficultas vrinandi propter grossos & viscosos humores fluentes ad vesicam, caput seu collum vesicæ oppilantes, vnde vrinæ exitus denegatur, quare nisi citò succurratur, ex vrinæ multa quantitate vesica rumpitur, & sic Equus moritur, & ab aliquibus vocatur hæc passio Stranguria. Cura, Recipe testam seu tegulam calidam, & ponas sub ventre Equi, & de oleo laurino seu dialthæa genitalia & sibi adiacentia perungātur, vt vis medicinæ penetret ad profundum, & sic prouocatur vrina. Item ad idem, Recipe vtramq; saxifragiam & semina diuretica & herbas calidas & diureticas cum suis radicibus, sicut fœniculus, petrocillus, sparagus bruscus & similia, & eas in vino odorifero bullire facias vsq; ad consumptionem tertiæ partis, quod vinum dabis ei bibere, & hoc vinum bibitum aperit vias vrinales & grossos humores dissoluit: Bonum signū est in hac ægritudine si Equus minxerit aut egesserit sicut decet: malum signum est si fluxus ventris immoderatus superuenit: item malum signum est si tumor et dolores non cessent sed perseuerent in Equo.

Ad Equum timidum & pigrum, Cap. CLII.



Quum timidum & pigrum vre siue decoque in flanco in modum rotæ, & fac cruces & punctos in eis, similiter & in renibus & quatuor pulsibus, & da ei comedere pannicum, & stet in loco calido bene custoditus.

De morbido

De morbido & graui, Cap. CLIII.


SI Equus fuerit infirmus & grauis scinde corium intra crura priora, & fac anulum de vite alba intromissa inter coriũ & pectus ita quòd non cadat;& equita eum securè.

De Equo furioso uel leproso, Cap. CLIIII.


SI Equus fuerit furiosus vel leprosus, quàm citò fieri potest, miuuatur de vena pectoris vel de vena colli, & post minutionem ponatur in aqua frigida & balneetur in ipsa, & caueatur & diligenter custodiatur vt non videat solem vel lunam per duos dies, & si hoc non valuerit cooperiatur chlamide rubea.

De Equo qui comedit pennam uel annonam, Cap. CLV.


SI Equus comederit pennam sic succurratur, Primò coquatur in vmbilico, & postea ponatur in ore eius stercus bouis tepidum, deinde fiat flebotomia,postea sume omnia interiora gallinæ consang & mitte in ore Equi: si verò non liberatur sic,minue diligenter ipsum.

De Equo qui bene comedit & non impinguatur, Cap. CLVI.

SI Equus bene comedit et nõ impinguatur, Recipe saliuam,sauinam, malum terræ,& branchas lauri in bona quantitate,quæ omnia misce cum adipe seu vncto vrsino,postmodum ponantur in bono vino, & cũ cornu iniiciantur in ore Equi vt ipsa transglutiat siue bibat.Item ad idem, Recipe interiora piscium,& tere fortiter cum bono vino,& cum cornu iniiciantur in os Equi, & per eundem modum da Equo bibere & impinguabitur. Item ad idem, Decoque limaces vel tarucas in aqua cum hordeo vel frumento, quod des Equo frequenter comedere & impinguabitur. Item ad idem, Recipe fabas fractas, sicut consueuerunt conteri tempore quadragesimali, & facias eas optimè decoqui in aqua, & proiice ibi satis de sale, deinde recipe vnam partem dictarum fabarum sic coctarum, & quatuor partes furfuris, & simul bene misce cum aqua decoctiouis dictarum fabarum, postmodum dabis Equo comedere: quia super omnia impinguat. Item ad idem, Facias decoqui caules modicum, & misce parum de sale, postmodum misce ibi de furfure, & da Equo comedere: quia miro modo impinguabitur.Ista duo præcedẽtia sunt probata Item ad idem, Dentur Equo extenuato & macilento per quatuor dies ad comedendum pro velle herbæ positæ ad rorem, postea minuatur & annona sibi competens vna cum herbis sibi tribuatur, deinde singulis diebus in meridie detur sibi furfur cum sale. Item recipe tres tartarucas siue testudines, & abiectis capitibus,pedibus,caudis & intestinis facias tantum ipsas coqui in aqua ꝙ carnes ex toto ab ossibus separentur, & aqua sit bene pinguis effecta: postmodum dictam aquam dabis Equo ad potandum in aliquo catino seu vase, nec des sibi aliquam aquam bibere quousq; totum biberit: carnes verò si quę remanserint misce cum annona,et dabis Equo cum annona ad comedendum: facias hoc tribus vicibus, quia mirabiliter conferunt Equo, & ipsum impinguãt & purgant, & si fuerit incalinatus,cum tali potu curabitur. Et nota ꝙ testudines & tartarucæ debent esse aquaticę,quia licet terrestres bonæ sint,tamẽ aquaticę magis valẽt.

De nimis

De nimis pingui Equo ut marcescat, Cap. CLVII.

SI Equus fuerit nimis pinguis, da ei bibere farinam milii cum aqua tepida, & marescet.

Contra Maniam seu Furiam quæ superueniunt Equis, Cap. CLVIII.



SI Equus incipiat esse maniatus seu furiosus vt mordeat & percutiat vel per alia signa appareat. Recipe radicem herbæ quæ dicitur virga pastoris, & ipsam contere cum aqua, & in gulam Equi proiice. Quidam miles vidit quādam vaccam rabiosam percussisse quādam ouem cornu, quæ statim fuit rabiosa. Similiter quædam mulier cœpit mente alienari, quæ statim cum comederit herbā prædictam, sanata fuit. Prædicta etiam herba contra calculum efficacissima est.

Quomodo in Equo furioso Chirurgia possit operari per marescallos peritos, Cap. CLIX.



NOtādum est quod si in Equo furibūdo & impatienti velis Chirurgiā seu marescalciam operari, vt securè possis hoc facere eo non sentiente hanc sibi propines opiatum, & sibi cū annona exhibeatur, Recipe ℥. lib. ℥. vncias semis iusquiami & cum annona Equi misceas, postquā autem Equus comederit per totum diem se non sentiet, imò quasi mortuus apparebit, & tunc operare in ipso quod vis. Item ad idem, Recipe mandragoræ, opii, seminis vtriusq; iusquia mi aā.℥ ℥. nucis muscatæ ℥. ligni aloēs aā.℥ i. Primò tamen cortices mandragoræ & iusquiami coquantur donec aqua fiat rubea, quę omnia dissoluantur in prædicta aqua, & dentur cū cornu Equo ad comedendum. Item ad idem. Recipe myrrhæ, perfigię, iusquiami aā.℥ʒ gallæ, garyofilorum aā.℥.i. hæc omnia dentur Equo cum vino ad bibēdum. Quum verò eum excitare volueris caput ipsius & genitalia abluas cū aqua frigida: quia statim surget, & eum postmodum adaquabis.

De Equo Restiuo, Cap. CLX.



FRequenter pullus propter malam eruditionem quam habet quū domatur efficitur vitiosus & restiuus, quod non de facili perdet: idcirco dicitur, Mores quos Bayardus in domatione discit, dum durant ei dētes reco it: iuxta, Quod noua testa capit, inueterata sapit: quamobrem peritus ac prouidus sessor cum alicui obuiat, Equum non retinet sed vltrà equitat. Cura, Per quadraginta dies & vltrà non equitetur nec ad aliquem locum ducatur, sed in stabulo continuè moretur, & ibidem comedat & bibat & bene nutriatur: post quadraginta dies aliquis peritus equitator non sine virga & calcaribus equitet super illum, inter Equos etiam extraneos equitet, & illis aliquoties obuiare faciat, & hoc frequenter fiat, prima secunda & tertia die fiat paulatim assiduè ca endo ne propter nimium laborem & tedium, malæ consuetudinis reminiscatur. Item ad idem, Chorda fortis & gracilis circa foncellum testiculorum forti nodo inter testiculos & virgam non strictè ligetur, atque alia chorda longa & gracilis & fortis ad circulum chordæ quæ est circa foncellum imponatur, & equitator teneat in manu ambo capita chordę, & cum Equus restiuus stare voluerit, equitator chordas fortiter ad se trahat: similiter fiat quando rectam viam tenere non vult, vt subito dolore & angustia testiculorum

culorum procedat. Item ad idem, & est optimum remedium, Abscindantur ipsorum testiculi, quia postquàm Equi sunt castrati fiunt mansueti, & restiui non erunt. Item restiuationem multum inueteratam aliqui sic curāt, Faciunt ferrum aliquantulum grossum ad longitudinem vnius vlnæ ex vna parte infixum manubrio longo, & aliàs in tres ramos diuisum qui rami sunt omnes recuruati & valde acuti: quod instrumentum sessor in manu tenens, dum Equus retro stare vult ipsum retro iuxta caudam in vtraq; coxa pungendo & ad se trahēdo cum vna manu moueat, & aliquod flagellum Equo dabit, & calcaria interim subclu dat seu quiescant. Quidam fortiter calefaciunt virgam de corylo seu cornu, quæ sit longitudinis vnius pedis, & cum incedere non vult in alto loco sub cauda eius mittunt, & statim calcaribus fortiter vrgent. Quidam loco coryli ponunt terram glutinosam, vnde fiunt ollæ, madefactam, & caudam eius ad crura ligant ne terra cadat, & debet terra esse ad modum rotæ.

De fluxu pilorum caudæ, Cap. CLXI.



Effluxio pilorum caudæ fit quum sanguis superhabundat nimis in Equo & Equus nimium laborat, vel quum frequenter super caudam verberatur: ex supradictis causis prurigo nascitur nisi citò succurratur. Cura, Si in cauda tantum accidit, in extremitate sui aduersus nates in longitudine finditur donec ad medium quarti nodi ossis quod est in cauda perueniat, & per ferrum os, quod quidam Pariuolam vocant, extrahatur & omninò proiiciatur, & postea per totam fissuram sal mittatur ac per diuersa loca caudæ, & inter fissuras & corpus cum calido ferro in modico sale tacto in obliquum sursum cocturæ aliquantulum profundæ fiant, & in vnaquaque brocha ligni imponatur, & per nouem dies intus remaneant nisi prius per se ceciderint.

De Langio in cauda Equi, Cap. CLXII.



Langium est infirmitas proueniens in cauda Equi ad modum cancri. Corrodit autem dicta passio carnes quæ sunt in cauda Equi intantum, quòd carnes cadunt & pili, & os caudæ corrumpitur, & nisi citò adhibeatur remedium dicta passio intantum ascendit, quòd totam caudam corrumperet, & ossa quæ sunt in cauda finaliter nodatim caderēt. Cura, Fac capitellum fortissimum inquantum potes, quia quantò fortius tantò melius, deinde infunde seu balnea stuppam in ipso, ita quòd sit bene balneata in capitello prædicto, postea stuppam sic balneatam liga super infirmitatem: & semper quando dicta stuppa est desiccata iterum balnea & repone, & hoc facias ad minus tribus vicibus in die, & si pluries feceris melius erit. Continuabis autem medicinam prædictam vsque ad tres vel quatuor dies, quia curabitur & est probatum: postmodum fac medicamenta ad hoc apta ad curandum vulnus & reparandum carnem.

De pilis regenerandis, Cap. CLXIII.



Vt pili post consolidationem carnium renascantur, Recipe testas auellanarum vel testudinum & vetus bombicinum, quæ omnia simul combure vel separatim, deinde puluerisentur, & cum oleo oliuarum agitentur,

agitentur, & ex hoc vnguento sæpius cicatrices vngantur, & renascentur pili. Item ad idē valet magis charta bōbicina vsta cū oleo oliuarū agitata vt suprà. Item ad idē, Cōbure semē lini, & misce cū oleo oliuarū, & inūge cicatrices. Item ad idē, Accipe auellanas cū cortice superiori, et cōbure, deinde pista cū axungia porci vel vrsi, postmodū inūge. Itē ad idē valet agrimonia trita mixta cum lacte caprino. Item ad idē valet farina milii mixta cū succo raphani si locū inunxeris vt suprà. Item ad idē, Accipe furfures cornu caprini, & misce cū oleo myrtino, & locū inunge. Item ad idem, Misce landanū cum adipe vrsino & vino veteri & locū inunge. Item ad idem, Recipe oleū de berensesif ℥. i. cantharidarū alas & capita abscissa habentium ℥. ℥. deinde verò oleū sic conficiatur, Recipe cantharides & tritę in oleo oliuarū misceantur, deinde oleum cum ipsis in olla parua positum super lentum ignem fortiter agitando coquatur, donec ipsum inspissetur, postea ab igne remoueas & cōficias & condias cum parum musci vel ambræ, admiscendo omnia simul vt bene redoleat, de quo vnguento si locus fuerit fricatus donec vesicas faciat, apparebit certissimè pilorum concauitas & eorum ortus: hoc vnguentum multum valet & est efficacissimum ad capillos renascendos in capite hominis. Item ad idem potest fieri tale vnguētum, Recipe quantum tibi videbitur pinguedinis serpentis, radicis brusti, corticis fructus testæ castanearum, argenti viui cum saliua extincti, nucleorum seu corticū amygdalarum amararum, ellebori albi, adipis seu pinguedinis gallinæ, & hæc omnia conficiantur cum oleo oliuarum, deinde loca patientia inungantur, & hoc fiat cum vlcera incipiunt curari, quia post curationem vlcerum pili non renascuntur nisi fortè prius fieret scarificatio. Itē m ad idem, Comburātur in aliquo vase apes & scarabones qui in balneis reperiūtur, deinde puluerisentur, postmodū loco prius inuncto ex oleo oliuarū, puluis prędictus superaspergatur, et cum digitis super locum ducatur vt puluis loco bene adhærescat. Item ad idē valet, Si talpa coquatur in oleo oliuarum vsq; ad dissolutionem & cōsumptionē carnis, deinde cum illo oleo locus inungatur pluries ad minus bis in die.

Quomodo pili nigri mutentur in albos. Cap. CLXIIII.


I volueris in altera parte corporis pilos alterare & de colore nigro in album cōmutare, Primò abradatur locus vbi sunt pili nigri, & cum inceperint pili renasci, suffumigetur locus ex sulphure, & hoc fiat sæpius, quia nascētur in loco illo pili albi. Item ad idem, Fac bullire talpam in aqua salsa vel lixiuio per tres dies, & quando aqua vel lixiuium consumitur, adde de noua aqua vel lixiuio, quo facto, de prędicta aqua aliquantulum calida pone super locum, quia cadent in continenti pili nigri, & postea nascentur albi. Item ad idem, Recipe lac pecudum, & ipsum bene calefacias, vt bulliat, deinde infundas vnam peciam lini in dicto lacte sic bulliente, & ponas super locum, & hoc facias toties donec cum fricatione modica digitorum pili cadant, postmodum accipias peciam vnam mundam aliam, & ipsam ponas seu infundas in lacte frigido & recenti, sed credo melius fore si infundatur in lacte calido siue tepido, & ipsam sic infusam ducas per loca abrasa vbi volueris pilos renasci, & hoc facias per tres dies & pluries quousque pili incipiant cre-

fcere, & debes hoc facere ter in die ad minus, & fic pilos nigros poteris in albos conuertere & mutare.

Ad tuſsim ſiccam, Cap. CLXV.



Atitur aliquando Equus præduram ægritudinem quæ dicitur Tuſſis ſicca, licet enim Equus tuſſiat, veruntamen nihil propter hoc emittit per nares: dicta autem tuſſis procedit ab interioribus,& ideo niſi ſuccurratur,periculoſa exiſtit,& ideo eſt celeriter ſuccurrẽdum: Ponam igitur quędam experimenta ad hoc apta: ſunt autem in Cap.de Equo Pulſiuo tria experimenta vtilia ad hoc apta, Primum eſt quòd detur Equo per triduũ de frumento elixo,& detur ei bibere de muſto recenti, antequàm bulliat quantum voluerit, & dimittatur in loco ſereno ſeu frigido, & detur ei ad comedẽdum de herbis recentibus. Item ad idem,In defectu muſti,detur Equo ad bibendum vinum forte,& miſceatur cũ ipſo aqua decoctionis requiratiæ. Item ad idem aliud experimentum, Recipe ſerpentem & abſciſſo capite & cauda & extractis interioribus,fac bullire in aqua fluuiali vel alia quouſq; carnes ſerpentis ab oſſe ſeu ſpina ſeparentur, deinde abiecto oſſe ſeu ſpina miſce dictam aquam & carnes cum furfure vel frumento vel alia annona, & da Equo comedere totum ſic mixtum: vel potes & erit melius, aquam decoctionis dare ad potandum Equo ita quòd nõ detur ſibi alius potus quouſq; totum biberit,& carnes cum annona mixtæ dentur ad comedendum: debet autem per iſtum modum comedere tres vel quatuor ſerpentes,interponendo dies aliquot, & de triduo in triduum detur ei talis comeſtio & potus. Item aliud experimentum ad idem quod continetur in Cap. de Equo ſcallionato, quia debet Equus poni ſolus in ſtabulo,& per duos vel tres dies nihil debet ſibi dari ad comedendũ vel bibendũ, poſtea dẽtur ſibi lardones ſalſi minutatim inciſi ad comedendũ quãtum voluerit,quia tum propter famem tum propter lardonis ſalſitudinẽ libenter comedet: comedente autem ipſo de lardonibus ſiue modicum ſiue ſatis,detur ei bibere aqua calida iuxta velle, mixta prius cum ea farina hordeacea competẽter: deinde pauliſper equitetur,donec ventrem euacuet de comeſtis: poſtquam ventrem & inteſtina euacuauerit,cito & conuenienter cum annona ſibi competenti ad ſtatum priſtinum reducatur. Inter cætera autem comeſtibilia tutius eſt ei dare frumentum bene mundatum cum aliquantulo ſalis & lardonis decoctum & poſtmodum ad ſolem vel alibi deſiccatum ad quãtitatem trium gemellarum vice qualibet antequam bibat quottidie bis in die, tale enim frumentum ſatis nutrit & reficit corpus Equi, & ſic Equus impinguatur de facili iuxta velle. Item aliud, Recipe tartarucas ſeu teſtudines, & abiectis capitibus, caudis, pedibus & inteſtinis, facias tantum ipſas in aqua decoqui quouſq; carnes ex toto ab oſſibus ſeparentur,& aqua facta fuerit bene pinguis,poſtmodũ dictã aquam dabis Equo ad potandũ in aliquo catino ſeu vaſe, nec des ſibi aliã aquã bibere quouſq; totũ biberit,carnes verò,ſi quę remãſerint, miſceas cũ annona,& dabis Equo ad comedẽdũ cũ ipſa,& hoc facies quouſq; videbis Equũ curatũ. Et nota ꝙ teſtudines prædictę debẽt eſſe aquaticę quia licet terreſtres bonę ſint,aquaticę

M tamen

tamen magis valēt,& etiā potes facere cū limacibus, nec est necesse de ipsis caput vel caudā aut aliquid remouere,sed integrum cum frumēto seu hordeo decoquatur sicut dictū est de tartarucis. Item ad idē aliud experimentū quod positū est in Cap. suprà de frigiditate capitis et eius cura,Recipe cortices medianos arboris alni quæ arbores crescūt super ripas aquę,et mūda bene à superfluitatibus exteriori bus,& impleas ex illis aliquā ollā nouam,& claram aquam in ipsam mitte, ita q̄ cortex sit bene cooperta aqua,& bulliat vsq; ad cōsumptionem dimidię partis aquę: secūdò iterū impleatur olla aqua vt prius, & bulliat vsq; ad dimidiā partem aquę: postea coletur per pannū vel stamineā & cortices bene premātur & expressi abiiciātur, deinde misceātur ex illa colatura duę partes cū vna parte saginimis laridi vel butyri & calefiāt,ex tali autē cōmixtione tepida cyathus cū cornu in gulam Equi mittatur,& vnus cyathus proiiciatur in nares Equi: Equus verò ventrem vacuū ab esca & potu habere debet quando prædicta potio sibi datur, postea per tres horas non comedat neq; bibat,& à frigore bene custodiatur,& sic fiat quotidie per tres dies semel in die: cresciones verò & aliæ herbæ calidæ quæ calefacere ac attenuare possunt humores, dētur Equo ad comedēdū si fuerit æstas: sed si fuerit hyems,dentur ei senationes & pultes tepidæ factę de furfure tritici et aquam calidam bibat,& caueatur ab aqua frigida. Et nota q̄ quādo potio prædicta datur Equo,caput Equi debet teneri eleuatū sursum cum freno,& baculus vnus in ore eius donec totus liquor per meatus narium in capite decurrat.

Contra febres Equorum, Cap. CLXVI.


Ebris Equorum est quædam infirmitas in Equo quasi incurabilis: Equus enim portat caput demissum,parum vel nihil comedit,oculos habet lachrymosos, ilia eius continuè pulsant. Dicta autē infirmitas epidimialis est, & ex ipsa anno 30. fuerūt in vrbe mortui plusq̄ mille Equi: possunt aūt fieri duo remedia infrascripta,Primò fiat talis clyster, Recipe pulpæ coloquintidę ℥.i. dragāti ℥ semis cētaureæ,absinthii aā manipulū vnū, castorei ℥. semis. decoquātur in aqua & dissoluantur ℥.6. ierologundini cum ℥.et semis salis cōmunis & lib. dimidia olei oliuarū, postea facias emplastrū scriptum inferius,& debet poni in temporibus circa aures & supra,Recipe squillæ ℥. semis, castorei,sambuci,sinapi,euforbii aā. ℥.2. dissoluantur prædicta in succo asphodelorum & succo basiliconis,vel saluię apponātur super caput & in locis prędictis. Item ad idē,Recipe arnaglossæ, maioris & minoris eupatorii,vngulæ caballinæ aā. manipulos duos,artemisiæ mediocris aā. semis. extrahātur ex his succi,si possunt haberi,recētes: sin autē,bulliāt omnia in aqua & sit aqua in quātitate trium petitorū & bulliant donec sint perfectè decocta, tunc ex aqua prædicta recipiatur lib. media & saccari.i. & simul misceātur,& detur bibere Equo quolibet manè vel serò,ita q̄ detur sibi saccari lib.1. & aquæ prædictæ lib. media quolibet manè vel quolibet serò vt supradixi. Itē ad idē,Recipe theriacę optimę ℥.2. vel ℥.3. & misce seu distēpera in optimo vino,deinde da Equo cū cornu bibere. Item ad idem, Recipe radices sambuci,& bene pista,& succum extrahe,deinde de dicto succo dabis Equo bibere cum cornu quolibet mane vsq; ad tres dies in quantitate duarum vel triū lib. qualibet vice,& curabitur Equus. Item ad idē, Recipe herbam

quæ dicitur vno modo panacea, alio nomine dicitur herba veneris, tertiò plocamus, quarto nomine callitrichū, quam herbam recētem dabis Equo comedere & curabitur Equus: Si autem dictam herbā recentem habere non possis, fac bullire in aqua vt suprà proximè, & dictam aquā da Equo bibere cum cornu.

De uermibus qui superabundant in testiculis Equorum, Cap. CLXVII.



Ermes quando in Equo habundant nisi celeriter succurratur Equū occidūt. Signa sunt ista, Equus frequēter se voluit & latera sua sæpe corrodit, ventrē nititur aliquando pedibus scalpere, & pili ipsius sursum eleuati stant, graciliorq; solito fit, & nisi succurratur antequàm ventrem & intestina perforauerint vix euadet. Nascūtur autē ex mala esca, tum inopia potus. Cura, Omnia intestina integra vnius iuuenis gallinæ calida in gulam Equi proiiciantur, & caput teneatur sursum donec illa deglutiat, sicq; fiat tribus diebus & de manè tantum, nec vsq; ad horam nonam permittatur bibere nec comedere nisi parum. Item ad idem, Quidam geneſtas abrotani ſubtiliſſimè terunt, & dant Equo comedere cū annona, & aquā salsam dant ei ad bibendum. Itē ad idem, Detur Equo ad comedendum secala parū cocta, postmodum siccata ad solem. Item ad idem, Dentur Equo ad comedendum frondes virides salicum vel cannarum, quia emittet Equus per digestiones.

Ad ossa fracta & eorum cura, Cap. CLXVIII.



T quæcunq; ossa fracta velociter consolidentur, scinde coriū cum rasorio super fracturam, deinde vermes qui dicūtur istuli frixos in oleo oliuarum superpone & liga super fracturam. Item ad idē. Si ossa rūpantur, vel fiat separatio iuncturarū, quia cura istius morbi potius in operatione quàm in verbis consistit, operantis arbitrio cōmittatur. Scire tamen debes quòd vbi fuerit separatio iuncturarū, statim post collocationē & reparationem omnium ossium supra locum fiat cauterium, vt nerui extēsi contrahātur, & ad propria loca reduces ibidem congruè redigantur & collocentur.

Ad omnia Equi uulnera, Cap. CLXIX.



I Equus habuerit quodcunque vulnus, Accipe radices maluauisci, & fac bullire cum lardo porcino diu, postmodū supra vulnus ponas dictas radices cum lardo sic coctas sępe mutādo, ex hoc enim dolor remouebitur & locus mollificabitur, & in proximo signa curationis apparebunt. Item ad idē, & melius est & efficacius omnibus quæ possent fieri, Require suprà in cap. de Crepatia ex transuerso vnguentū quod fit ex terbentina, cæra alba & noua & gūmi abietis & betonica & aliis quæ ibi cōtinētur. p omnia fac sicut ibi, Itē puluis ad omnia Equi vulnera, excoriationē, & omnē rupturā, Recipe herbā quæ dicitur ros marinus, & ipsam desicca ad vmbrā nō ad solē, postea cū indiges laua locū aceto vel vrina hominis recēti, & dictū puluerē superpone, & gaudebis eius effectu. Itē nota φ si lauetur vulnus quodcunq; cū vino decoctionis taxi barbassi nūq̄ poterit infistulari seu ibi fistula oriri, nec etiā incācrari: citius enim ex hoc sanabitur. Item ad idē, Recipe herbā quæ dicitur iacea nigra, alio nomine viola ferrarea, alio nomine aminea, alio nomine auriga, quā bene pista, & supra vulnus pone, quia curabitur cum Dei auxilio.

De trunco

De Trunco seu Spina intrante aliquam partem corporis Equorum, Cap. CLXX.



Ontingit aliqualiter pluries quòd truncus alicuius ligni aliquā partē corporis Eq subintrat spina remanēte inter carnes, ꝑpter quod vulnus circūquaq; tumescit,& quādoq; totum crus maximè si aliquod vulnus inde tactū sit,et aliquādo exinde Equus cogitur claudicare. Cura, Vulnus primò vndiq; abradatur, postmodū accipiātur tria capita lacertarū & trita aliquantulū superponātur,& liga supèr cū pecia. Itē ad idē, Recipe radices arundinū & digrami,& tere bene,et suppone,& cū pecia liga. Itē ad idē et melius, Recipe radices arūdinū,& ipsas tere bene cū melle, deinde hoc emplastrū super locū pone,& liga cū aliqua pecia,& exibit spina ferrū vel trūcus. Itē ad idē valent limaces tritæ & cū butyro postmodū agitatæ & coctæ. Et nota quòd istæ medicinæ sæpius renouatę,stipitē,spinā,ferrū vel truncū inter carnes existētes mirabiliter ad exteriora reducunt: extractis autem à vulnere trunco,spina,ferro vel stipite curetur postea locus cum oui albumine & aliis consolidatiuis,vel cum vnguento facto ex terbentina,cæra alba noua & munda,vt suprà in Cap. de Crepatia ex transuerso dicitur. Si verò tumor aliquis ob prædictam causam in loco remanserit,cum em plastro absinthii, parietariæ,branchæ vrsinæ.axungiæ,farinæ,mellis,tritis pariter illi tumefactio reprimatur. Et nota quòd mollificatio facta tantum de absinthio,parietaria brancha vrsina,farina,axungia & melle, vt suprà dixi,valet multum ad omnem tumorem vel inflationem mollem & recentem,quæ fit præter naturā ex percussione in aliqua parte cruris aut in genibus, aut in iuncturis,emplastrum super locum sæpius renouando.

De Cancrō Cap. CLXXI.



Ontingit pluries Equo morbus qui dicitur Cancer, circa iuncturas crurium iuxta pedes aut inter iuncturas & pedes, videlicet in pasto-ra: quandoq; contingit in alia parte corporis, qui ex pluribus causis habet originem : aliquando ex vulnere ibi facto, & ex negligentia postmodum ibi fortificato: aliquando ex frequentatione aquæ vel turpitudinis supra vulnus: aliquando ex putredine cum Equus habens vulnus in aliqua parte corporis vel in iunctura vel aliqua parte cruris equitatur improuidè : nam si vulnus inueterescat,& iugiter aquis & sordibus repleatur efficitur cancer. Cura, Recipe succi radicis asphodelorum ℥.7. calcis viuæ ℥.4. arsenici puluerisati ℥.2. hæc omnia diu insimul terātur & agitentur & misceantur, deinde ponātur in aliquo vase subtili rudi vel nouo, & oppiletur os vasis ita quòd vapor vel fumus exire non possit, & tamdiu decoquantur ad ignem donec omnia in puluerē redigātur,& ex tali puluere vulnus cācri impleatur bis in die donec cancer cadat & mortificetur, abluto prius vulnere cancri cū aceto fortissimo: mortificato verò cancro & detecto, curetur vulnus cū oui albumine & aliis vt superius & inferius in diuersis Cap. vbi de curis vulnerum agitur,continetur: casus verò mortificationis cācri signū est cū vulnus cancri circumquaq; tumescit. Item ad idem valet stercus humanū cum tantundē tartari puluerisatū & cōbustū et suppositū p modū proximè dictum de puluere facto de succo radicis asphodelorū, & aliis vt ibi habet. Itē ad idē valet tartarū cōbustū & cū sale trito mixtū & superpositum

perpositâ vt suprà. Itê ad idê aliud & melius, Recipe albũ piper & pyretiũ, & simul omnia bene tere & misce cũ eis al quãtulũ axungiæ veteris porcinæ, quę simul omnia bene mixta mittantur in cãcro ligando bene strictè, & dictũ emplastrum bis in die renouetur donec cancer ex toto fuerit mortificatus, postea curetur vulnus vt superius & inferius in curis vulnerum edocetur. Et nota quòd puluis asphodelorum superius dictus violentior est omnibus supradictis, vnde cum in locis neruosis, venis & arteriis plenis & intricatis dubium sit incisiones & cauteria fieri, talibus pulueribus tutius & securius vti possumus vt maius periculũ euitemus: in locis tamen carnosis cancer existens curari potest citius & facilius cum incisionibus & cocturis quàm pulueribus, cum valeat funditus cocturis & incisionibus extirpari: in neruosis verò locis tutius & securius est vti pulueribus supradictis, nam nerui, venæ & arteriæ incisionibus & cocturis leuiter & de facili lædi possunt: vix enim aut nunquàm sine pullorum læsione talia loca incidi vel vri possunt, vnde Hippocrates, Quãdo cãcri abscõditi fiũt nõ curari melius est: curati enim citius peũt: nõ curati lõgius tẽpus perficiũt, quod secũdũ Galenũ de incisione & vstura dictũ est, cũ cancri pfundi et in locis neruosis orti radicitus euelli nõ possunt, sed propter neruorũ læsionẽ, vt dictũ est, si vrãtur vel incidantur maius est periculũ & peius efficiũt. Itẽ ad idẽ, maximè si sit in cruribus vel pedibus animaliũ, Recipe alumen, dragantum & sulphur equaliter, quæ omnia simul tere & misce cum cæra, & fac exinde candelam & accendas, & facias eam super cancrum guttare cauendo ne alibi cadat vel alium locum tangat. Item custodiatur ab aqua & sordibus. Item si cancer labium E qui cõederit semen canabis deficcetur valde, & inde subtilissimum factum superponatur bis in die donec Equus sanetur. Item ad idem, Recipe calcis viuæ, atramenti & mellis vel saponis veteris añ. terantur & conficiantur insimul, & fiat inde pastillus & in parua olla in igne comburatur, deinde puluerisetur de illo puluere semel in die supra cancrum donec cancer fuerit exiccatus Item si cancer acciderit in maxilla vel in carne plana vbi carnes neruosæ & musculosæ non sint, in circuitu per mediũ in duobus locis cum calido ferro coquatur, deinde adustio seu coctura cum melle inungatur quousque corium per se cadat, custodiatur etiam ab omni humectatione quæ cũ sanguine ex aduersa parte colli extrahatur. Item contingit aliquando quòd ex superhabundanti vel melancholico humore gingiuæ corrumpuntur, & cancer in eis oritur & apparent gingiuæ subnigræ & sanguinolentæ cum quodam pruritu, & escam paucam sumũt, & ex oppressione & habundantia prauorum humorum non possunt vlcera cõsolidari: verùm quia huiusmodi apostema radicitus inest carnes illæ subnigræ radicitus incidãt & etiã os mãdibulæ abradat, nec dubites hoc facere quia huiusmodi animalia sunt duræ substantiæ, & impetum incisionis bene possunt tolerare, nisi fortè in intricatis locis fuerit cancer exortus vel in neruoso seu in vngula, vbi timendum est de incisione ne venæ aut nerui læderentur aut corrumperentur. Item ad idem valet etiam contra omnem fistulam, Recipe viride æris, arsenici, persicariæ tritæ, vitrioli, nitri, vtriusq; ellebori, hæc omnia minutissimè puluerisentur, & ablutione facta vbi est cancer vel fistula cum vrina vel

aceto

aceto fortissimo vbi sit decoctus hyssopus & centaurea prædictus puluis superaspergatur. Item ad curandum cãcrum, Accipe sauinam & rutam,& tere bene cum axungia porci veteri,& ponas super cãcrum donec corrodat & locus cancri albescat,deinde permutato medicamen, videlicet ponendo solum puluerem sauinæ ad cõsolidandum. Item ad idem,Accipe sulphur & resinam vini æqualiter quæ simul misce,& postea fac de ipso cæreum, & accende eum & fac eum guttare in cancro,& caueas ne cadat in alio loco. Vel aliter, Recipe aluminis, sulphuris & tartari æqualiter quæ simul misce, & fac cæreum, & accende cum & fac,vt supradixi,deguttare in cancro.

De Fistula, Cap. CLXXII.

ACcidit Equis quandoq; ex antiquo vulnere nõ curato,aut ex cancro non curato quidam morbus qui dicitur Fistula, qui morbus facit vulnus profundum cum stricto foramine, rodens & fodiens carnes vsq; ad ossa,contingens ex malis humoribus ad locum vulneris confluẽtibus, nam ad quodlibet vulnus (si non curetur vt decet) fit confluxus malorum humorum, vnde si vulnus antiquatur & non curetur fit ibi fistula, quia natura expellet ibi humores noxios cum via eis exinde præparetur. Cura, Impleatur vulnus fistulæ ex puluere dicto in Cap. proximo, videlicet alphodelorum & aliis quæ ibi ponuntur, hoc ad isto quòd puluis arsenici ponatur æquali pondere cum calce viua, & hic puluis sit violentior supradicto. Item adhuc violentior puluis ad fistulam sanandam, Recipe calcem viuam & arsenicum æqualiter & simul tere & pulueriza, postea cum succo allii,cape & ebulli æqualiter sumptis insimul agitentur & misceantur: deinde cum melle liquido & aceto sumptis ad mensuram dictorum succorum tamdiu bulliant donec fiat exinde vnguentum,cum spatula sæpius dum bulliuerint agitando. De tali autem vnguento bis in die vulnus repleatur fistulæ,eo prius abluto aceto fortissimo,&, si expedierit,repleto vulnere supradicto ex iam dicto vnguento,ligetur decenter vt vnguẽtum exinde non possit exire. Item ad idem,Recipe succum maliterræ, hoc est,succum radicis cyclaminis,& tantũdem olei oliuarum, parum aceti & parum salis triti, hæc omnia misce & in vulnus fistulæ pone donec fistula sanetur. Item ad idem, Recipe auripigmentum, calcem viuam & viride æris æquali pondere,terantur & agitentur ad inuicem cum sufficienti succo pyretri, atramentum miscendo ibidem, quæ omnia ponantur in melle liquido & aceto fortissimo æqualiter sumptis, & omnia insimul decoquantur eadem agitando, deinde fiant exinde sicut magdaleones,& quotidie abluto prius vulnere cum aceto fortissimo bis in die vulnus fistulæ repleatur. Item ad idem violentius & acrius omnibus aliis supradictis, Resalgar bene tritum cum saliua & hominis vrina agitatũ mittatur in fistulam moderatè. Signum curationis eius est quãdo locus fistulę circumquaq; tumescit & interius rubet: mortificata autem fistula,curetur vulnus sicut de aliis vulneribus est expressum. Si verò fistula extiterit in locis carnosis, curetur vt in cura cancri superius continetur. Item ad fistulam & cancrum si profundi fuerint,fiat stupigium seu stuellus de cyclamine, & ex sapone Iudaico inunctum intromittatur, & sic ampliabitur vulnus & mundificabitur

dificabitur ita quòd fundum eius videre poteris, & eam cum puluere facto ex arsenico, viridi æris, persicaria, vitriolo, vitro & vtroq; elleboro, vt suprà in Cap. proximo circa finem continetur, poteris extinguere. Et nota quòd nullus cancer aut fistula poterit curari nisi medicina peruenerit vsque ad fundum. Itē scias quòd vulnus fistulæ cum flammula vehementer elargatur. Postquam autem cancer vel fistula mortificatus vel mortificata fuerit, facias vnguentum ad consolidādum cū nitro & vitro simul tritis, & superponatur. Itē nota quòd vnguentum ruptorium fortissimè premit & occidit fistulam siue cancrum. Signa mortificationis cancri vel fistulæ sunt quando sanies vel putredo primò incipit exire clara, postea incipit inspissari.

De Neruo inciso & eius cura, Cap. CLXXIII.


Vm neruus aliquis fuerit incisus accipe vtrūq; caput nerui & sue cū serico, postea superpone vermes qui reperiuntur in fimo qui vocantur Afculi siue Lumbrici frixos in oleo oliuarum. Item ad idē, Caueatur primò ne tangatur ab aqua frigida, nam neruus citò putrescit si tangatur ab aqua. (Et nota quòd si neruus totus incidatur, non magis dolet quam si pungatur, vel lapidis obiectu obtundatur) deinde puncturā neruorū calidis & perforatiuis rebus, scilicet cum oleo, salgmine vel melle & parū vini omnibus insimul coctis fomentabis: hoc facto emplastrum factum de melle & radicibus ebuli & dialthææ superligabis. Si neruus in longitudine scindatur possibile est ipsum taliter solidari, Accipe vermes terrestres & cum oleo vel modico melle perfundātur, & sic ad ignem calefiant, & calefacti nullo alio medicamine apposito sæpe super plagam ponantur. Si verò ex obliquo prorsus incidantur, supra dicta cura vix consolidabitur.

De neruo contrito, Cap. CLXXIIII.


I verò neruus fuerit contritus ex aliqua plaga, superponātur carnes testudinis seu tartarucæ bene tritæ cum puluere molēdini. Quidam verò addunt myrrham & aloēn.

De neruo intrinconato, Cap. CLXXV.


I neruus fuerit intrinconatus, fac vsturam seu cocturam cum ferro ignito in modum circuli, ita quòd duodecim lineę coēuniant ad medium punctum, & sanabitur.

Contra omnem dolorem & tumorem & indignationem neruorum, Cap. CLXXVI.


Ac bullire farinam seminis lini, terbentinam & mel añ. in vino albo vsq; ad spissitudinem emplastri, postea superpone, & videbis effectum optimum adoptatum.

De vnguento ad reparandum carnem, Cap. CLXXVII.


D reparandum carnem & vulnus sanandum tale fiat vnguentum, Recipe absinthium, sansuccum, pimpinellam, calamentum, olibanum masculum & cerā, terenda terantur & cum veteri axungia bulliant supra ignem quousque bene incorporentur, ex hoc vnguento pecia linea intingatur, deinde ipsa pecia taliter intincta super plagam ponatur: mirabiliter enim hoc vnguentum sanat vulnera, & reparat carnes.

De vulnere

De vulnere ex sagitta intoxicata, Cap. CLXXVIII.


SI Equus fuerit vulneratus ex sagitta toxicata, Recipe sudorem alterius Equi & panem combustum, quem misce cum vrina hominis, & des in potu Equo ad bibendum siue ad conglutiendum, postea mitte in plaga & pinguedinem simul mixtam.

Medicamenta contra morsum serpentis, Cap. CLXXIX.


SI Equus vel homo sit morsus à serpente sic ipsum curabis, Accipe sauiculam, tere & distempera cum lacte vaccino vnius coloris, & da patienti bibere siue sit homo siue aliud animal, & liberabitur cum auxilio omnipotentis Dei. Item ad idem, Recipe cæpas, & simul cum melle & sale pista & bene tere, deinde ipsa sic pistata pone super locum vbi serpens momorderit & liga, postmodum theriacam cum bono vino dabis bibere Equo cum cornu, eleuato capite sursum vt totum bene transglutiat, & sanabitur Equus.

Contra Morphæam, serpiginem & impetiginem Equorum, Cap. CLXXX.


MOrphæa, serpigo seu impetigo prouenit Equis sicut hominibus, & vt in plurimū semper accidit circa oculos seu palpebras, & circa nares et os Equi. Cura, Recipe radices brionię, cucumeris agrestis, vicitellæ, chelidonię, asphodelorū, flammulæ & iari, deinde extrahe ex eis succum & misce cū aceto ita quòd sint succi partes duę & aceti pars vna, postea simul bulliant vsq; ad consumptionem tertiæ partis, quo facto adhibeas lithargyrum bene puluerisatum & impone, deinde cola, postmodum habeas oleum laurinum & cæram, & fac vnguentum, addas tamen ibi modicum argenti viui: probatissimum est, quia cum ex dicto vnguento morphæam linieris curabitur Equus sine dubio. Item ad idem, Accipe farinam sinapis & misce cum aceto fortissimo, deinde locum inunge, vel ad modum emplastri superpone, hoc fac vsque ad tres hebdomadas & curabitur Equus. Item ad idem, Accipe myrrham, aloën, sanguinem draconis, auripigmentum, stercus anseris, saponem cōditum cum oleo laurino, oleo oliuarum, & aceto: fiat vnguentum, & loca patientia inungantur vsq; ad curationem, quia curabitur. Item ad morphæam, Recipe gummi prunorum, & pone in aceto fortissimo, & dimitte ibi stare donec gūmi fuerit dissolutum, postea imponere debes fuliginem, & simul bene misce, donec fiat vnguentum, deinde ex dicto vnguento loca patientia inungantur, & curabitur Equus: probatum est.

Memoralia siue notabilia Cap. CLXXXI.


SVbiiciemus vltimò quædam commemoratione digna. Nota igitur quòd si omni tempore Equum sanum habere volueris, ita quòd nec Gallæ nec Superossa nec Spinellæ poterūt superuenire sibi, nec lerdæ nec Spauani nec Curbæ nec Furinæ poterunt nocere, ad hoc etiam vt ipsum audacius poteris fatigare, (ex labore enim superfluo cōsueuerunt Equi prædictas infirmitates incurrere) facere debes Equum per peritum Marescallum decoqui in locis vbi ægritudines prædictæ consueuerunt oriri. Item nota quòd si Equi coquantur cum sunt duorum annorum vel trium vel ante-

quàm

quàm ſeparentur de armentis, poſtea cum iumentis ire per paſcua liberè dimittantur,quia non adhibendo alias medicinas melius curantur & pulchriores apparent coċturæ: ros enim ignem, aduſtionem & pruritum habet mirabiliter remouere & curare coċturas. Item nota quòd ignis remediũ in eodem ſtatu in quo inuenit Equum conſeruat, vnde ſi inuenias Equum dolentem propter aliquam prædiċtarum ægritudinum, non debet ignis remedium adhiberi quouſque dolor ceſſauerit, quod peritus Equorum medicus facere cum omni cautela conetur. Item nota quòd Equus nunquàm debet minui de ſtontris ſeu de peċtore, nec de coſtato ſeu de flancis,quia tales minutiones requirunt conſuetudinem: & intelligo niſi propter aliquem caſum vel ægritudinem ſit talis minutio neceſſariò facienda. Item nota quòd venarum laqueatio ſeu inciſio eſt omnino vitanda, quia nunquàm erunt Equi illius virtutis & fortitudinis cuius erant antè, nec proficiunt in aliquo niſi quòd apparẽt exinde pulchriores. Item nota quòd ſecones ſeu laquei nunquam debẽt poni in peċtore niſi ex cauſa omninò neceſſaria, quia extunc Equus non erit niſi grauis & grauedinem peċtoris patietur. Item nota quòd Equus qui ſemel paſſus fuerit infirmitatem vermis ſemper erit grauis, nec vnquàm erit ita agilis ſicut prius quantũcunq; curatus ab aliquibus videatur. Item nota quòd quando Equus fatigatur vel itinerando vel aliud faciendo, ſemper antequam detur ſibi potus permittatur ſtallare prius etiam ſi deberet expeċtare vſq; ad noċtem, aliàs de facili poteſt incurrere Ragiaturam ſeu dyſenteriam quæ ægritudo mortalis exiſtit. Item nota quòd quando Equus læditur in dorſo, & eſt neceſſarium ipſum equitari vel ſalmam ſupra ſe portare, non debet in bardalone fieri copnus, quia ex hoc dorſum Equi propter duriciem quæ eſſet in circuitu læſionis magis læderetur: ſed vt poſſis tutius ipſum equitare ita ꝙ equitando eum ruptura ſeu inflatura vel læſio dorſi curetur, fac in modum qui ſequitur, Igitur pannum illum de lino qui lęſioni adhæret, per longum & tranſuerſum inciḋas in modum crucis, deinde lanam quæ ſupra ipſum pannum erat bene carmina, & ipſa bene carminata manibus repone in loco eodem vbi prius fuerat, poſtmodum pannum de lino inciſum, vt diċtum eſt, in modum crucis taliter para quòd nullo modo poſſit dorſi comprimere læſionem, quo faċto, læſioni dorſi appoſito medicamine congruenti ſella ſiue barda vel baſtum taliter, vt prædixi, parata apponantur Equo ipſum more ſolito equitando ac etiam onerando. Item nota quòd ſi Equus itinerando multum fuerit fatigatus, ita quòd non videatur vlterius poſſe laborare, per modum qui ſequitur poterit vires reſumere, & adeò recens erit acſi die illa nullatenus laboraſſet: Igitur cum Equum videris fatigatum, vt dixi, ponas eum in aliqua domo vel ſtabulo, ſicut tibi occureet in itinere, vel etiam vbi tibi non occurreret domus vel ſtabulum fac ipſum aliquantulum quieſcere in ſtrata vel circa: caueas tamen quòd tempus ſit ita quietum quòd Equus non poſſet offendi à pluuia vel vento, & remoueas ſibi ſellam vel bardam ſi ſalmam portauerit, & permittas eum libere voluere ſe & reuoluere quamdiu voluerit, ſicut communiter aſini & muli facere conſueuerunt. Et ſcias quòd reſurget ita recens & ita volũtarius ad ambulandum acſi illa die nnllatenus ambulaſſet vel laboraſſet, tũc repone ei ſellam vel bardã, & equita vbi vis.

vbi vis. Item nota quòd ad ſcallionã ?um Equum tempus vindemiarum aptius & magis accommodum reperitur, nam ſi dentur ei racemi vuarum ad comedendum, vulnera oris melius curantur & conſolidantur, nec poſſunt ibi vermes vel malæ carnes generari, & ex tali comeſtione os Equi efficitur melius & Equus impinguatur vltra modum. Item nota quòd qui vult Equum magis ſanum tenere, & ad laborādū magis idoneum, debet ſibi dare paleas & hordeum toto anno, & caueat quòd herbas ſeu farraginem non det ſibi in vere. Tempore autem autumnali debet ſibi dare herbas de pratis cum ſuo rore, & nihilominus det ſibi annonam de hordeo de nocte, ex hoc enim erit Equus ſanior & magis potens ad tolerandum labores, & omnis indignatio recedet, & viuet diutius, & ſemper in ſanitate, robore & virtute perſiſtet, & erit ita pinguis: hoc autem intelligimus dū Equus non fuerit mercatoris, tunc enim vt pulchrior appareat licet ipſum impinguare: pullis enim tempore veris expedit farragines ſeu alias herbas exhiberi, maximè quia fatigari non debent. Item oſtenditur quòd certa ſigna ſupercœleſtia ſunt quæ correſpondent & conformantur certis membris: nam Aries correſpondet & conformatur capiti & faciei & aliis membris quæ continentur in ipſis. Taurus collo & gutturi. Gemini ambabus vlnis & ſpatulis, humeris, manibus & volis & omnibus quæ continentur in ipſis. Cancer toti pectori & duabus magnis coſtis ſibi annexis. Leo cordi & toti ſtomacho & maximè ipſius orificio. Virgo correſpondet & cōformatur diaphragmati, hepati & pulmoni & reſpicit fundum ſtomachi vſq; ad vmbilicum. Libra reſpicit inteſtina, vmbilicum & omnia quæ continentur ab vmbilico vſque ad pectinem incluſiue, reſpicit etiam nates, ſpinam dorſi cum omnibus coſtis deſcendentibus à ſpina. Scorpio reſpicit membra genitalia ſicut vuluam, matricem, peritoneon, teſticulos & burſam cum omnibus pudibundis antè & retrò. Sagittarius reſpicit hanchas, nates & groſſum coxarum prout hanchis adhæret. Capricornus reſpicit genua & ſubtile coxarum. Aquarius reſpicit crura, & tibias. Piſcis autem ſibi vendicat pedes. Igitur ſi aliquis vult medicari, ſeu chirurgiam operari in aliquo certo membro Equi, vtpote per viam decoctionis ſeu inciſionis aut minutionis vel ſcallionationis aut aliàs quouis modo, caueat quòd luna non ſit in ſigno correſpondente membro in quo operari neceſſe eſt, quia non ſolum periculoſum exiſteret, imò etiam periculū mortis immineret. Item nota q; ſi quis vult Equum ſcallionare aut cocturas ei facere vel ſimiles mareſcalcias, debet hoc facere quando luna eſt in declinatione, non quando eſt in augmento, quia ſic augentur & minuuntur humores in corpore, prout luna augetur & minuitur.



 Excuſum Pariſiis, apud Chriſtianum Wechelum, 
 Anno M.D.XXXII. Menſe Iulio. 